UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

# Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Synodvs Nicæna II. Generalis. Sub Hadriano papa I. anno DCCLXXXVII.

**Parisiis, 1644**

Tomvs Qvintvs.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15473**

Visual Library

Anno Christi 787.

## TOMVS QVINTVS.

### EPIPHANIVS DIACONVS legit.

QVONIAM ad malitiam currentes pedes eorum, irretiti ſunt ſuis laqueis; ecce oſtenſum eſt, neminem ex his qui in eccleſia nutriti ſunt, gloriam Dei in imaginum facturam, vel in aliam qualemcumque commutaſſe creaturam. Eia nunc & ceterorum deſtructionem faciamus, auxiliatrice habita, quæ non vincitur, veritate. Etenim ipſi additamentis malum abundare volentes, etiam ſanctos patres in medium adduxerunt, eos obloquendo contra venerabilium imaginum picturam effatos fuiſſe, addentes.

### GREGORIVS EPISCOPVS legit.

*Porro æqualia & apoſtolorum diſcipuli & ſucceſſores deiloqui, videlicet patres noſtri edocent. Dicit ergo in patrandis ſignis famoſiſſimus Epiphanius Cyprius: Attendite voſipſos, & tenete traditiones quas ſuſcepiſtis; ne declinetis ad dexteram, neque ad ſiniſtram. Quibus ſubinfert: Et in hoc memoriam habete filii dilecti, ne inducatis imagines in eccleſias, neque in cœmeteria ſanctorum; ſed per memoriam habete Deum in cordibus veſtris: ſed neque in domum communem. non enim expedit Chriſtiano per oculos & vagationes mentis efferri. Qui & alios ſermones expoſuit in ſubuerſionem efficiendarum imaginum, quos qui amorem diſcendi habent, quærentes inuenient.*

## ΤΟΜΟΣ Ε'.

### ΕΠΙΦΑΝΙΟΣ ΔΙΑΚΟΝΟΣ ἀνέγνω.

ΟΤΙΠΕΡ εἰς κακίαν τρέχοντες οἱ πόδες αὐτῶν, τοῖς ἑαυτῶν ἐνεπάρησαν βρόχοις, καὶ ἤδη ἀποδέδεικται, ὅτι οὐδεὶς τῶν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἀνατεθραμμένων τὴν τοῦ θεοῦ δόξαν ἀντηλλάξατο εἰς τὴν τῶν εἰκόνων ποίησιν, οὔτε ἐν ἄλλῳ οἰῳδήποτε κτίσματι. Φέρε νῦν καὶ τῶν ἑξῆς τὴν ἀνασκευὴν ποιησώμεθα, σύμμαχον ἔχοντες τὴν μὴ νικωμένην ἀλήθειαν. καὶ γὰρ αὐτοὶ προσθήκαις τὸ κακὸν πλεονάσαι θέλοντες, καὶ ἁγίους πατέρας εἰς μέσον ἤγαγον, αὐτοὺς* λοιδοροῦντες κατὰ τῆς τῶν σεπτῶν εἰκόνων ἀναζωγραφήσεως διαγορεῦσαι, ταῦτα προστιθέμενοι.

### ΓΡΗΓΟΡΙΟΣ ΕΠΙΣΚΟΠΟΣ ἀνέγνω.

Τὰ ἴσα δὲ καὶ οἱ τῶν ἀποστόλων μαθηταὶ καὶ διάδοχοι θεοφάντορες ἡμῶν πατέρες ἐκδιδάσκουσι. λέγει οὖν ὁ ἐν σημειοφόροις περιβόητος Ἐπιφάνιος ὁ Κύπρου· προσέχετε ἑαυτοῖς, καὶ κρατεῖτε τὰς παραδόσεις, ἃς παρελάβετε· μὴ ἐκκλίνητε δεξιά, μηδὲ ἀριστερά. οἷς ἐπιφέρει· καὶ ἐν τούτῳ μνήμην ἔχετε τέκνα ἀγαπητά, τοῦ μὴ ἀναφέρειν εἰκόνας ἐπ' ἐκκλησίας, μήτε ἐν τοῖς κοιμητηρίοις τῶν ἁγίων· ἀλλ' ἀεὶ διὰ μνήμης ἔχετε τὸν θεὸν ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν· ἀλλ' οὔτε κατ' οἶκον κοινόν. οὐκ ἔξεστι γὰρ Χριστιανῷ δι' ὀφθαλμῶν μετεωρίζεσθαι καὶ ῥεμβασμῶν τοῦ νοός. ὃς καὶ ἑτέροις λόγοις ἐξέθετο ἐπ' ἀνατροπῇ τῆς τῶν εἰκόνων ποιήσεως, οὓς οἱ φιλομαθῶς ζητοῦντες εὑρήσουσιν.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Anno Christi 787.

## ΕΠΙΦΑΝΙΟΣ ΔΙΑΚΟΝΟΣ ἀνέγνω.

Οἱ φιλομαθεῖς περὶ τὴν τῶν ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων ἔρευναν, τοὺς ἑτέρως φρονοῦντας, καὶ θέλοντας τὴν ἰδίαν δικαιοσύνην στῆσαι, καὶ τῇ τοῦ θεοῦ ἀντιταχθῆναι, ἴσασι κιβδήλοις καὶ παρεγγράπτοις συγγράμμασιν ἰσχυριζομένους, ὡς νόθοις ὄντας καὶ οὐ γνησίοις υἱοὺς τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας, ἀδελφοὺς δέξασθαι οὐ προσιέναι· μᾶλλον δὲ ἀποκηρυσσόμενοι λέγουσι· σπέρμα Χαναὰμ καὶ * Ἰούδα· γνόντες τὸ ὑπὸ τοῦ εὐαγγελιστοῦ εἰρημένον· ἐξῆλθον ἀφ' ἡμῶν, ἀλλ' οὐκ ἦσαν ἐξ ἡμῶν. εἰ γὰρ ἦσαν ἐξ ἡμῶν, μεμενήκεισαν ἂν μεθ' ἡμῶν. καὶ πάλιν, τοῦ θείου ἀποστόλου λέγοντος· ὅτι εἰσελεύσονται μετὰ τὴν ἄφιξίν μου λύκοι βαρεῖς εἰς ὑμᾶς, μὴ φειδόμενοι τοῦ ποιμνίου, τοῦ ἀποσπᾶν τοὺς μαθητὰς ὀπίσω αὐτῶν. καὶ βλέπετε, μή τις ὑμᾶς ἔσται ὁ συλαγωγῶν διὰ τῆς φιλοσοφίας καὶ κενῆς ἀπάτης. καὶ πάλιν ὁ αὐτός φησι· μὴ παντὶ πνεύματι πιστεύετε. πρέπον οὖν ἐστι παντὶ Χριστιανῷ παρεγγράπτων βίβλων ἀκρόασιν ποιουμένῳ, ταύτας διαπτύειν, καὶ μηδόλως προσδέχεσθαι. καὶ γὰρ τοῦ θείου ἀποστόλου πρὸς Λαοδικεῖς φέρεται πλαστὴ ἐπιστολή, ἐν τισι βίβλοις τοῦ ἀποστόλου ἐγκειμένη, ἣν οἱ πατέρες ἡμῶν ἀπεδοκίμασαν, ὡς αὐτοῦ ἀλλοτρίαν· καὶ τὸ κατὰ Θωμᾶν Μανιχαῖοι παρεισήγαγον εὐαγγέλιον, ὅπερ ἡ καθολικὴ ἐκκλησία ὡς ἀλλότριον εὐσεβῶς ἀποστρέφεται. οἷα καὶ νυνὶ ἡ χρῆσις, ἡ λεγομένη μὲν τοῦ ἁγίου πατρὸς ἡμῶν Ἐπιφανίου, μὴ οὖσα δέ. αὐτὸς γὰρ ὁ θεσπέσιος πατὴρ ὀγδοήκοντα κεφαλαίων ἔκδοσιν ποιησάμενος, πάσας τὰς αἱρέσεις ἐθριάμβευσεν,

* ἐν. οὐχὶ Ἰούδα

## EPIPHANIVS DIACONVS legit.

* Amatores diſcendi eccleſiaſticorum negotiorum ſcrutiniũ, eos qui aliter ſapiunt, ſuamque volunt ſtatuere iuſtitiam, & diuinæ reſiſtere, nouerunt nothis & falſis conſcriptionibus innitentes, tamquam ſpurios & non proprios eccleſiæ catholicæ filios, minime vt fratres admittere; imo vero abdicantes dicunt: *Semen Chanaam & non Iuda*: ſcientes ab euangeliſta dictum: *Exierunt ex nobis, ſed non erant ex nobis. Si enim eſſent ex nobis, permanſiſſent vtique nobiſcum*. Et iterum ſacratiſſimo Apoſtolo dicente: *Quia intrabunt poſt diſceſſum meum lupi graues in vos, non parcentes gregi, vt abducant diſcipulos poſt ſe. Et videte ne quis vos decipiat per philoſophiam & inanem fallaciam*. Et rurſus idem: *Nolite omni ſpiritui credere*. Decet ergo vnumquemque Chriſtianum, qui falſos libros audit, hos expuere, ac nullatenus admittere. Etenim diui Apoſtoli ad Laodicenſes fertur ficta epiſtola in quibuſdam libris Apoſtoli iacere, quam patres noſtri reprobauere, vt alienam ab ipſo: & Manichæi ſecundum Thomam introducunt euangelium, quod catholica eccleſia pie tamquam alienum auertit. Ita & præſens teſtimonium dicitur quidem, ſed non eſt ſancti patris noſtri Epiphanii. Ipſe namque egregius pater octuaginta capitulorum editione facta, cũctas hæreſes publicauit,

* Gr. Studioſi in ſcrutandis rebus eccleſiaſticis,

Daniel. 13.

1. Ioan. 2.

Act. 20.

1. Ioan. 4.

paganas ſcilicet & Iudaicas, & quotquot poſt Chriſtianiſmum factæ ſunt, nullam dimittens: & ſi imaginum factionem alienam a Chriſto noſſet, hanc vtique in numero hæreſeon ſtatuiſſet. Et rurſus ſi expoſitiones has, quæ ſunt aduerſus venerabiles imagines, eccleſia ſuſcepiſſet, non vtique imagines pingerentur ad ornatum venerandorum templorum & commemorationem noſtram. Ex ipſis enim ſcripturis, quas nouitatis præceptores in teſtimonium proferunt, earum habetur euerſio. Sanctus enim Epiphanius temporibus erat Theodoſii & Arcadii. extenduntur ergo vſque ad præſentem hæreſim quaſi anni quadringenti. Et libros aduerſus imagines nullus Chriſtianorum recepit, niſi falſi præſentis nouitatis aſſertores: & ſi tot annis in eccleſia non ſunt recepti, neque nunc recipiantur, eo quod aliquando recepti non fuerint. Epiſtolam enim, quam quidam eorum proferunt, falſo ſupraſcriptam eiuſdem ſancti Epiphanii Cypriorũ inſulæ præſulis ad Theodoſium imperatorem, nos in manibus accipientes, & ſcrutabiliter, non tranſitorie perlegentes, inuenimus in fine epiſtolæ ſententiam huiuſmodi contineri: quia multoties locutus cum comminiſtris meis, vt auferrentur imagines, receptus non ſum ab eis, neque audire vocem meam ſaltem paululum paſſi ſunt. Intendamus ergo, qui fuerint temporibus iam memorati patris noſtri Epiphanii in eccleſia illuſtres magiſtri, & incorruptæ munitiones eccleſiæ: Ba-

Ἑλληνικάς τε καὶ Ἰουδαϊκὰς, καὶ ὅσαι μετὰ τὸν χριστιανισμὸν γεγόνασι, μηδεμίαν παραλελοιπώς. καὶ εἰ τὴν τῶν εἰκόνων ποίησιν ἀλλοτρίαν τοῦ Χριστοῦ ἐγίνωσκεν, εἰς τὸν ἀριθμὸν τῶν αἱρέσεων ταύτην κατέταξεν ἄν. πάλιν δὲ τὰς ἐκθέσεις ταύτας τὰς κατὰ τῶν σεπτῶν εἰκόνων ἡ ἐκκλησία εἰ ἐδέξατο, οὐδ' ἂν αἱ σεπταὶ εἰκόνες ἀνεζωγραφοῦντο ἔν τε κοσμήσει τῶν σεπτῶν ναῶν, καὶ πρὸς ἡμετέραν ἀνάμνησιν. ἐκ γὰρ αὐτῶν τῶν χρήσεων, ὧν εἰς μαρτυρίαν προφέρονται οἱ τῆς κενοφωνίας εἰσηγηταὶ, αὐτόθεν ἔχει τὴν ἀνατροπήν. ὁ γὰρ ἄγιος Ἐπιφάνιος ἐν τοῖς χρόνοις ἦν Θεοδοσίου καὶ Ἀρκαδίου. παρεκτείνονται οὖν ἔτη ἕως τῆς νυνὶ αἱρέσεως ὡσεὶ τετρακόσια. καὶ τὰς βίβλους τὰς κατὰ τῶν εἰκόνων οὐδεὶς τῶν Χριστιανῶν ἐδέξατο, εἰ μὴ οἱ τῆς νυνὶ κενοφωνίας ψευδηγόροι. καὶ ἐὰν τὰ τοσαῦτα ἔτη ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ οὐκ ἐδέχθησαν, οὐδὲ νυνὶ ἀποδεχθήσονται, διὰ τὸ μηδέπω αὐτὰς δεδέχθαι. τὴν γὰρ ἐπιστολὴν ἥν τινες αὐτῶν προφέρονται ψευδῶς ἐπιγεγραμμένην τοῦ αὐτοῦ ἁγίου Ἐπιφανίου τοῦ τῆς Κυπρίων προέδρου πρὸς Θεοδόσιον τὸν βασιλέα, ἡμεῖς ταύτην μετὰ χεῖρας λαβόντες, καὶ ἀναγνόντες ἐρευνητικῶς, καὶ οὐ παροδευτικῶς, εὕρομεν ἐν τῷ τέλει τῆς ἐπιστολῆς ἔμφασιν τοιάδε περιέχουσαν· ὅτι πολλάκις λαλήσας τοῖς συλλειτουργοῖς μου, περιαιρεθῆναι τὰς εἰκόνας, οὐκ ἐδέχθην παρ' αὐτῶν, οὐδὲ πρὸς βραχὺ ἀκοῦσαι τῆς ἐμῆς φωνῆς ἠνέσχοντο. σκοπήσωμεν οὖν, τίνες ἦσαν ἐν τοῖς χρόνοις τοῦ μνημονευθέντος πατρὸς ἡμῶν Ἐπιφανίου ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἀοίδιμοι διδάσκαλοι καὶ περίβολοι ἀρραγεῖς τῆς ἐκκλησίας· Βασι-

ANNO CHRISTI 787.

ANNO CHRISTI 787.

λειος ὁ μέγας ἐν ἔργῳ καὶ λόγῳ, Γρηγόριος ὁ τῆς θεολογίας ἐπώνυμος, Γρηγόριος ὁ τῆς Νυσσαέων πόλεως πρόεδρος, ὁ πατὴρ πατέρων παρὰ πάντων ὀνομαζόμενος· καὶ Ἰωάννης, οὗπερ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή· τοὔνεκεν γὰρ καὶ τὴν ἐπωνυμίαν τοῦ χρυσοῦ στόματος ἐδέξατο. πρὸς τούτοις καὶ Ἀμβρόσιος, Ἀμφιλόχιος, καὶ Κύριλλος Ἱεροσολύμων. εἰ τοίνυν αὐτὸς ὁ συγγραψάμενος τὴν τῶν ῥητῶν τούτων ἔκθεσιν, τὴν κατὰ τῶν σεπτῶν εἰκόνων, μὴ δεδέχθαι λέγει παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων τῶν τότε ἐν τῷ βίῳ περιόντων, πῶς ἃ αὐτοὶ οἱ ἅγιοι πατέρες οὐκ ἐδέξαντο, ἡμεῖς οἱ εἰς τὰ τέλη τῶν αἰώνων καταντήσαντες, καὶ λόγου καὶ γνώσεως ἀποροῦντες, ὅτι οὐδὲ μαθηταὶ ἐσμὲν ἄξιοι αὐτῶν καλεῖσθαι, τὰ ψαλσογραφηθέντα κατὰ τῆς ἐκκλησίας δεξόμεθα; ἄπαγε τῆς ἐναγοῦς καὶ τολμηρᾶς ἐκθέσεως. ἐξέστησαν τοῦ ὀρθοῦ λόγου οἱ τοῦτο κατὰ τῆς ἐκκλησίας ἐγχειρήσαντες. ἔστω ἐν ἡμῖν τοῖς φιλοχρίστοις τὸ τοῦ ἀποστόλου ῥητόν, τὸ φάσκον· κρατήσωμεν τὰς παραδόσεις, ἃς παρελάβομεν, καὶ τὰς βεβήλους κενοφωνίας παραιτησώμεθα, καὶ ψευδῆ καὶ πεπλασμένα ταῦτα γνωσώμεθα εἶναι. αἱ γὰρ βίβλοι τοῦ ἁγίου πατρὸς ἡμῶν Ἐπιφανίου, ἥ τε λεγομένη Ἀγκυρωτὸς, καὶ αἱ λοιπαὶ, εἰς πᾶσαν τὴν οἰκουμένην διαβεβόηνται, καὶ ὁ φθόγγος αὐτῶν ἐξήχηται, καὶ παρὰ μικρὸν κατὰ πᾶσαν ἐκκλησίαν διεσπαρμέναι εἰσί. ταῦτα * δὲ τὰ λογίδρια, ἃ κατὰ τῶν σεπτῶν εἰκόνων περιβομβοῦσι, δύο ἢ τρεῖς βίβλοι ἀνὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην οὔπω εὕρηνται, εἰ μὴ νεωστὶ ἐγράφησαν. καὶ εἰ ἦσαν γνώριμοι ἐν τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ, ὥσπερ ἡ λεγομένη

* τούτων δὲ τῶν λογιδρίων, Lat.

ſilius magnus in opere & ſermone, Gregorius cognomento Theologus, Gregorius Nyſſenſium ciuitatis præſul, pater patrum ab omnibus nominatus: & Ioannes, cuius a lingua vox melle dulcior effluebat, vnde & cognomen aurei oris accepit. Inſuper & Ambroſius, Amphilochius, & Cyrillus Hieroſolymitanus. Si igitur ipſe qui conſcripſit horum expoſitionem dictorum contra venerabiles imagines, ſe non receptum dicit a ſanctis patribus qui tunc in vita ſupererãt, quomodo falſa dicta quæ ipſi ſancti patres non receperunt, nos qui in finem ſæculorum deuenimus, & ſcientia ac ſermone deficimus, quia nec diſcipuli eorum digni ſumus vocari, contra eccleſiam recipiemus? Abſit ſcelerata ac temeraria expoſitio. Caruerunt * recto ſermone qui hoc contra eccleſiam niſi ſunt: in nobis ſit Chriſtum diligentibus Apoſtoli dictum, teneamus traditiones quas accepimus, & profanas vocum nouitates deuitemus, & mendacia hæc eſſe ſciamus. Libri enim ſancti patris noſtri Epiphanii, ſiue qui dicitur Ancyrotos, ſiue reliqui, in omnem orbem terrarum diffamantur, & ſonus eorum vulgatus, & propemodum per vniuerſam eccleſiam ſparſi ſunt. Harum autem ratiuncularum quæ contra venerabiles imagines murmurant, duo vel tres per vniuerſum orbem libri non inueniũtur, niſi forte nouiter ſcripti ſint. & ſi eſſent noti in catholica eccleſia, ſicut ille qui dicitur

* recta ratione

2. Theſſ. 2. 2. Tim. 3. Tit. 3.

Ancyrotos ſancti Epiphanii, in omnibus eſt eccleſiis dilatatus, ita & ipſi dilatati exiſterent. Sed vt extranei & alieni & falſati, nondum in eccleſia catholica recepti ſunt, neque apparuerunt. Ergo nec nunc, vt pax Dei in omnibus eccleſiis & antiqua traditio degat. Ne emittant autem linguas vaniloqui, calumniantes eos qui recte ſapiunt, quod ſancto Epiphanio aduerſentur hi qui recipiunt antiquam legiſlationem catholicæ eccleſiæ: quod nequaquam verum eſt. Conſcriptionem enim abiicimus, ſanctum vero patrem doctorem eccleſiæ catholicæ nouimus. Etenim ſacratiſſimi patres, qui in quarta & vniuerſali ſancta Calchedonenſi Synodo congregati ſunt, epiſtolam quidem quæ dicitur Ibæ epiſcopi Edeſſæ ad Marin Perſam anathematizauerunt, veluti Neſtorio concordantem: ſimiliter & quintæ Synodi patres: Ibam autem nequaquam. Non enim verum apparuit, quod Ibæ fuerit epiſtola. hinc in anathematiſmis non Ibam anathemati ſubmiſerunt, ſed epiſtolam quæ dicebatur Ibæ: dicebatur enim, licet non eſſet. Ita ergo & hæc mendacis aſſertionis conſcripta, quæ contra venerabiles imagines ſunt, dicuntur quidem a quibuſdam ſancti Epiphanii eſſe, ſed nullo modo ſunt, vt demonſtratum eſt. Etenim templum dedicauerunt in Cypriorum inſula eius diſcipuli, nominantes illud eiuſdem vocabulo patris; & cum multis aliis titularibus picturis imaginem eius in ipſo templo locauerunt. Et ſi iſte taliter venera-

Ἀγκυρωτὸς τοῦ ἁγίου Ἐπιφανίου ἐν πάσαις ταῖς ἐκκλησίαις πεπλάτυνται, οὕτως καὶ αὗται ἂν ἐπλατύνθησαν· ἀλλ' ὡς ξέναι καὶ ἀλλότριαι καὶ παρέγγραπτοι, οὐδέπω ἐν τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ ἐδέχθησαν, ἀλλ' οὐδὲ ἐνεφανίσθησαν· οὐκοῦν οὐδὲ νυνί, ἵνα ἡ εἰρήνη τοῦ θεοῦ ἐν πάσαις ταῖς ἐκκλησίαις, καὶ ἡ ἀρχῆθεν παράδοσις ἐμπολιτεύηται. μὴ παραπεμπέσθωσαν δὲ τὰς γλώσσας οἱ κακολόγοι, κατηγοροῦντες τῶν ὀρθῶς φρονούντων, ὅτι τῷ ἁγίῳ Ἐπιφανίῳ ἐναντιοῦνται οἱ ἀποδεχόμενοι τὴν ἀρχαίαν θεσμοθεσίαν τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας· οὐδαμῶς· τὸ μὲν γὰρ σύγγραμμα ἀποβαλλόμεθα, τὸν δὲ ἅγιον πατέρα διδάσκαλον τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας γινώσκομεν. καὶ γὰρ οἱ ἐν τῇ ἁγίᾳ τετάρτῃ καὶ οἰκουμενικῇ συνόδῳ τῇ ἐν Καλχηδόνι συναθροισθέντες θεῖοι πατέρες τὴν ἐπιστολὴν τὴν λεγομένην Ἴβα ἐπισκόπου Ἐδέσσης πρὸς Μάριν τὸν Πέρσην ἀνεθεμάτισαν, ὡς Νεστορίῳ συμφωνοῦσαν· ὡσαύτως καὶ οἱ τῆς ἁγίας πέμπτης συνόδου· τὸν δὲ Ἴβαν οὐδαμῶς. οὐ γὰρ ἀληθὲς ἀπεδείχθη, ὅτι Ἴβα ἦν ἡ ἐπιστολή. ὅθεν καὶ εἰς τοὺς ἀναθεματισμοὺς οὐ τὸν Ἴβαν ἀναθέματι παρέπεμψαν, ἀλλὰ τὴν λεγομένην Ἴβα ἐπιστολήν· ἐλέγετο γάρ, οὐκ ἦν δέ. οὕτως οὖν καὶ ταῦτα τὰ ψευδηγόρα συγγράμματα κατὰ τῶν σεπτῶν εἰκόνων λέγονται μὲν παρά τινων τοῦ ἁγίου Ἐπιφανίου, οὐδαμῇ δὲ οὐδαμῶς εἰσιν, ὡς δέδεικται. καὶ γὰρ ναὸν ἀνεδείμαντο ἐν τῇ Κυπρίων νήσῳ οἱ αὐτοῦ μαθηταί, ὀνομάσαντες αὐτὸν τοῦ αὐτοῦ πατρός· καὶ μετὰ πολλῶν εἰκονικῶν στηλογραφιῶν καὶ αὐτοῦ εἰκόνα ἐν τῷ ναῷ ἀνέθηκαν. καὶ εἰ οὗτος τὸ

ANNO CHRISTI 787.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

ANNO CHRISTI 787.

τὴν σεπτῶν εἰκόνων ἐβδελύσσετο ὄψιν, πῶς οἱ τούτου φοιτηταὶ εἰκονικῶς τοῦτον ἐστηλογράφησαν; κρίνατε πάντες οἱ ἀκούοντες, καὶ τὸ ἀληθὲς διὰ τοῦ ψεύδους χωρίσατε· ὅτι οὐ τοῦ πατρὸς αἱ ἐκδόσεις αὗται, ἀλλὰ Μανιχαϊκαί τινες, ἀφ' ὧν φευξώμεθα, ὡς χολῆς πικρίας μεμεστωμένων. αὐτοὶ γὰρ καὶ οἱ τῆς συγχύσεως εἰσηγηταὶ ταύτην τὴν θέαν ἐδέξαντο οὐδαμῶς, ὡς οὐκ ἀληθῶς πρεσβεύοντες ἐνανθρωπῆσαι τὸν θεὸν λόγον σαρκί, ἀλλὰ κατὰ φαντασίαν καὶ δόκησιν. διὸ καὶ οὗτοι φαντασιούμενοι, ἕτερα ἀνθ' ἑτέρων νοοῦντες, προφέρονται τάδε.

bilium abominaſetur vultum imaginum, quomodo diſcipuli eius imaginaliter hunc depingerent? Iudicate omnes qui auditis, & veritatem a mendacio ſeparate: quia non patris editiones hæ, ſed Manichaicæ quædam ſunt: quas fugiamus vt felle amaritudinis plenas. Ipſi enim & confuſionis introductores hanc effigiem minime receperunt, quippe non veraciter humanatum Deum Verbum carne fuiſſe dogmatizantes, ſed per phantaſiam & coniecturam. Propterea & iſti phantaſiam paſſi, aliis pro aliis intellectis, proferunt hæc.

## ΓΡΗΓΟΡΙΟΣ ΕΠΙΣΚΟΠΟΣ ἀνέγνω.

Ὁμοίως δὲ καὶ Γρηγόριος ὁ Θεολόγος ἐν τοῖς αὐτοῦ ἔπεσι λέγει· ὕβρις πίστιν ἔχειν ἐν χρώμασι, καὶ μὴ ἐν καρδίᾳ. ἡ μὲν γὰρ ἐν χρώμασιν εὐχερῶς ἐκπλύνεται· ἡ δὲ ἐν τῷ βάθει τοῦ νοός, ἐκείνη ἐμοὶ προσφιλής.

## GREGORIVS EPISCOPVS legit.

*Similiter autem & Gregorius deiloquus in carminibus ſuis dicit: Iniuria eſt fidem habere in coloribus, & non in corde. Quæ enim in coloribus eſt, facile diluitur: quæ vero in profundo mentis, illa eſt mihi amabilis.*

## ΕΠΙΦΑΝΙΟΣ ΔΙΑΚΟΝΟΣ ἀνέγνω.

Διεστραμμένως αὖθις νοήσαντες, καὶ ἕτερον ῥητὸν Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου προβάλλονται· ὅπερ παρὰ μὲν τοῦ πατρὸς ἐξεδόθη.

Ὕβρις πίστιν ἔχειν ἐν χρώμασι, μὴ κραδίῃσι·
Ῥεῖά κεν ἐκπλυτ' ἔοι· βένθος ἐμοί γε φίλον.

Ὑπὸ δὲ τούτων τῶν ψευδοφαλσολόγων·
Ὕβρις πίστιν ἔχειν ἐν χρώμασι, καὶ μὴ ἐν καρδίᾳ. ἡ μὲν γὰρ ἐν χρώμασιν εὐχερῶς ἐκπλύνεται· ἡ δὲ ἐν τῷ βάθει τοῦ νοός, ἐκείνη ἐμοὶ προσφιλής. ἐβυ-

## EPIPHANIVS DIACONVS legit.

Peruerſe rurſus intelligentes, & aliud dictum Gregorii Theologi proferunt, quod a patre quidem ita prolatum eſt.

*Iniuria eſt fidem habere in coloribus, & non in cordibus,*
*Qui fluentes diluuntur: ſed mihi gratum eſt profundum.*

Ab iſtis autem falſiloquis ita:
Iniuria eſt fidem habere in coloribus, & non in corde. Quæ enim in coloribus eſt, facile diluitur: quæ vero in profundo mentis, illa eſt mihi amabilis. Obtu-

rauerunt aures, & oculos clauſerunt, & recta intelligere noluerunt hi qui ſpreuerunt eccleſiaſticas traditiones. Auditione quippe audierunt, & non intellexerunt: & videntes viderunt, & non cognouerunt. Obcæcati enim ſunt corde, & paternas doctrinas * peruerterunt ſecundum ſua deſideria. Sanctus namque Gregorius deiloquus in metricis editionibus ſuis ſententiam quam protulerunt ipſi, dictans, quemdam moralem ſermonem inducit, informans vitam noſtram, vt recedamus a temporalibus & mundanis negotiis & carnalibus voluptatibus, atque ſectemur vitam ſpiritualem quæ ad cæleſtia ducit; & non credamus huic mundo, & temporalibus quæ non permanent, nec perdurant, quæ & colores nominauit: ſed hæreamus potius ſpiritalibus & veris, quæ in corde firmitatem habent, & permanent in æternum. Nam ſæculum noſtrum fluxibile, incolatus eſt præſens vita. Sicut enim color & atramentum cito diluitur, * licet a pictore conficiantur: ita & in mundo iſto, quemadmodum ipſe ait, circuitus noſtrarum diſcurrit rerum nonnunquam aliter, * in vna die, eſt autem quando & hora fert mutationes. Etenim more vmbræ omnia exterminantur humana, & ampulla in aqua ex pluuia facta magis expirat omnis elatio potentatus humani. Omnis enim homo fenum, & omnis gloria eius quaſi flos feni. Porro ſpiritualium operum exhibitio immobilis quidem eſt, & in his quæ permanent, habet * viciſſitudinem. Si enim contra imagines dictum

* *Gr. addit.* ac traditiones

In ſen. diſt.

* vel a pictore transformatur,

* *Gr.* alias aliter, in vna

*Iſai.* 40.

* retributionem.

σαν τὰ ὦτα, καὶ τὰ ὄμματα ἔμυσαν, καὶ ὀρθὰ νοεῖν οὐκ ἠθέλησαν, ἀθετήσαντες τὰς ἐκκλησιαστικὰς παραδόσεις. ἀκοῇ γὰρ ἤκουσαν, καὶ οὐ συνῆκαν· καὶ ἔβλεψαν, καὶ οὐκ εἶδον. πεπωρωθέντες γὰρ τῇ καρδίᾳ καὶ τὰς πατρικὰς διδασκαλίας καὶ παραδόσεις ἐστρέβλωσαν κατὰ τὰς ἰδίας ἐπιθυμίας. ὁ γὰρ ἅγιος Γρηγόριος ὁ θεολόγος ἐν ταῖς μετρικαῖς αὐτοῦ ἐκδόσεσι τὸ ῥητὸν, ὃ αὐτοὶ προηνέγκαν, διαγορεύων, ἠθικόν τινα λόγον εἰσάγει ῥυθμίζοντα τὸν βίον ἡμῶν, πρὸς τὸ ἀφίστασθαι τῶν προσκαίρων καὶ κοσμικῶν πραγμάτων καὶ ἡδονῶν σαρκικῶν, καὶ τὸν πνευματικὸν ἑλέσθαι βίον, ὅστις πρὸς τὰ οὐράνια ἀνάγει· καὶ μὴ πιστεύειν τῷ κόσμῳ τούτῳ, καὶ τοῖς προσκαίροις καὶ μὴ μένουσι προσανέχειν, ἃ καὶ χρώματα ὠνόμασεν· ἀλλ' ἔχεσθαι μᾶλλον τῶν πνευματικῶν καὶ ἀληθινῶν, ἅτινα ἐν τῇ καρδίᾳ τὴν βεβαίωσιν ἔχει, καὶ μένουσιν εἰς τὸν αἰῶνα. ὁ γὰρ βίος ἡμῶν ῥευστὸς, καὶ παροικία ἡ ἐνταῦθα ζωή. ὥσπερ γὰρ χρῶμα καὶ μέλαν ταχέως ἐκπλύνεται, ἢ καὶ ὑπὸ τοῦ χρωματουργοῦντος μετασκευάζεται· οὕτως καὶ ἐν τῷ βίῳ τούτῳ, καθὼς ὁ αὐτός φησι, κύκλος τις τῶν ἡμετέρων περιτρέχει πραγμάτων ἄλλοτε ἄλλως, ἐπὶ μιᾶς ἡμέρας, ἔστι δὲ ὅτε καὶ ὥρας, φέρων μεταβολάς. καὶ γὰρ πάντα σκιᾶς δίκην ἀφανίζεται τὰ ἀνθρώπινα· καὶ πομφόλυγος εὐδιαπνευστότερός ἐστι πᾶς ὁ τῆς ἀνθρωπίνης δυναστείας ὄγκος. πᾶς γὰρ ἄνθρωπος χόρτος, καὶ πᾶσα δόξα ἀνθρώπου ὡς ἄνθος χόρτου. ἡ δὲ τῶν πνευματικῶν ἔργων ἐπίδειξις ἀκράδαντός ἐστι, καὶ ἐν τοῖς μένουσιν ἔχει τὴν ἀντάμειψιν. ἐὰν γὰρ κατὰ τῶν εἰκόνων ἦν τὸ

ANNO CHRISTI 787.

εἰρη-

ANNO CHRISTI 787.

εἰρημένον, διηγόρευσεν αὐ· ὕβρις πίστιν ἔχειν ἐν χρώμασι, καὶ μὴ εἰς τὸν θεόν· ἀλλὰ μὴ ἐν καρδίαισιν, ἀπεφθέγξατο· τουτέστι, τὰ πάγια καὶ βέβαια ἵνα ἐργαζώμεθα τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν, καὶ οὐχὶ τοῦ κόσμου τούτου· ἅτινα ὡς ῥευστά, ταχέως ἀλλοιούμενα, πίστιν οὐκ ἔχει. αὖθις δὲ κακῶς ἀλληγοροῦντες, καὶ κατὰ τὸν ἴδιον νοῦν τὰ πάντα συνάγοντες, τῶν μεγάλων μυστιπόλων Βασιλείου καὶ Ἰωάννου ῥητὰ προφέρουσιν εἰς μαρτυρίαν, λέγοντες.

illud eſſet, aſſereret vtique dicens: Iniuria eſt fidem habere in coloribus, & non in Deum. Sed non in cordibus, pronuntiauit: id eſt, firma & ſtabilia vt operemur regni cælorum, & non mundi huius: quæ vt fluida, cito mutata, fidem non habent. Rurſus autem male allegorizantes, & ſecundum proprium ſenſum omnia colligentes, magnorum antiſtitum Baſilii & Ioannis dicta proferunt in teſtimonium, aſſerentes.

## ΓΡΗΓΟΡΙΟΣ ΕΠΙΣΚΟΠΟΣ ἀνέγνω.

Ἰωάννης δὲ ὁ Χρυσόστομος διδάσκει οὕτως· ἡμεῖς διὰ τῶν γραφῶν τῆς τῶν ἁγίων ἀπολαυόμεν παρουσίας, οὐχὶ τῶν σωμάτων αὐτῶν, ἀλλὰ τῶν ψυχῶν τὰς εἰκόνας ἔχοντες. τὰ γὰρ παρ' αὐτῶν εἰρημένα, τῶν ψυχῶν αὐτῶν εἰκόνες εἰσί. μεγίστη γὰρ ὁδὸς πρὸς τὴν τοῦ καθήκοντος εὕρεσιν, ὁ ἅγιος ἔφη Βασίλειος, ἡ μελέτη τῶν θεοπνεύστων γραφῶν. ἐν ταύταις γὰρ καὶ αἱ τῶν πράξεων ὑποθῆκαι εὑρίσκονται, καὶ οἱ βίοι τῶν μακαρίων ἀνδρῶν ἀνάγραπτοι παραδεδομένοι, οἷόν τινες εἰκόνες ἔμψυχοι τῆς κατὰ θεὸν πολιτείας, τῷ μιμήματι τῶν κατὰ θεὸν ἔργων προκείμενοι.

## GREGORIVS EPISCOPVS legit.

*Ioannes autem Chryſoſtomus docet ita: Nos per ſcripturas ſanctorum præſentia fruimur, non corporum eorum, ſed animarum imagines habentes. Quæ enim ab illis dicta ſunt, animarum ipſorum imagines ſunt. Maxima enim via ad * opportunitatis inuentionem, ſanctus ait Baſilius, meditatio eſt ſcripturarum diuinitus inſpiratarum. In his enim & actuum commonitiones inueniuntur, & vitæ beatorum virorum inſcriptæ traduntur, veluti quædam imagines animatæ conuerſationis quæ in Deo eſt, imitatione operum quæ ſecundum Deum ſunt, poſitæ.*

* Gr. officii

In 1. epiſt. ad S. Greg. de vita ſolitaria.

## ΕΠΙΦΑΝΙΟΣ ΔΙΑΚΟΝΟΣ ἀνέγνω.

Οὐδαμῶς τις τῶν ὀρθὰ φρονούντων ἐπ' ἀνατροπῇ τῶν σεπτῶν εἰκόνων ταύτας τὰς ἐκδόσεις ἐνενόησεν ἢ ἐννοήσειεν. ἀναφανδὸν γὰρ πᾶσίν ἐστιν, ὅτι ἀκούοντες τὰς ἀνδρίας τῶν ἁγίων καὶ τὰς αὐτῶν καρτερίας, τῶν ψυχῶν αὐτῶν τὸ στερρὸν καὶ γενναῖον μακαρίζομεν·

## EPIPHANIVS DIACONVS legit.

Nequaquam aliquis eorum qui recta ſapiunt, in ſubuerſionem venerabilium imaginum has expoſitiones ſenſit vel ſenſerit. Euidens quippe omnibus eſt, quia audientes virilitates ſanctorum & perſeuerantias eorum, animarum ipſorum ſtabilitatem & fortitudinem beatifi-

camus; & diuinas ſcripturas recitantes, vitaſque ſanctorum virorum relegentes, & imaginales picturas intuentes, geſtorum ſecundum Deum ipſorũ operum recordamur. Quæ enim ſermo per auditionem repræſentat, hæc pictura tacens per imitationem oſtendit, ſicuti ait magnus
Sermone in 40. mart. Baſilius. Sed & Ioannes Chryſoſtomus aſſerit in ſermone ſuo, Quod veteris & noui teſtimonii vnus ſit legiſlator, & in indumentum ſacerdotis, habito, cuius initium eſt: Chriſti regni euangelium prædicant quidem
ante med. ſerm. prophetæ. Et poſt alia: Ego & cera perfuſam dilexi picturam pietatis cauſa. Vidi enim angelum in imagine pellentem barbarorum cuneos: vidi conculcatas barbarorum tribus, & Da-
*Pſalm.* 71. uid veritatem dicentem: *Domine in ciuitate tua imagines eorum ad nihilum rediges.* Comprobatum eſt igitur, quod ea quæ a ſanctis patribus bene ſunt edita, ipſi extra diuinum chorum effecti ſubuerterunt. Porro adhuc detinentur a malitia, & mala quæ contra idola a ſancto patre noſtro Athanaſio dicta ſunt, ad ſubuerſionem imaginalium picturarum proponunt, dicentes.

καὶ θείαις γραφαῖς ἐντυγχάνοντες, καὶ βίοις ἀνδρῶν ἁγίων ἀναγινώσκοντες, καὶ εἰκονικὰς ἀναζωγραφήσεις ὁρῶντες, τῶν κατὰ θεὸν αὐτῶν ἔργων ἐν ἀναμνήσει γινόμεθα. ἃ γὰρ ὁ λόγος διὰ τῆς ἀκοῆς παρίστησι, ταῦτα γραφὴ σιωπῶσα διὰ μιμήσεως δείκνυσιν, ὡς ὁ μέγας ἔφη Βασίλειος ἐν τῷ ἐγκωμίῳ τῶν ἁγίων τεσσαράκοντα. ἀλλὰ καὶ Ἰωάννης ὁ Χρυσόστομος ἐν τῷ λόγῳ αὐτοῦ, ὅτι παλαιᾶς καὶ καινῆς διαθήκης εἷς ὁ νομοθέτης· καὶ εἰς τὸ ἔνδυμα τοῦ ἱερέως, οὗ ἡ ἀρχή· τῆς Χριστοῦ βασιλείας τὸ εὐαγγέλιον προεκηρύττουσι μὲν προφῆται. καὶ μεθ' ἕτερα· ἐγὼ καὶ τὴν κηρόχυτον ἠγάπησα γραφὴν εὐσεβείας ἕνεκεν. εἶδον γὰρ ἄγγελον ἐν εἰκόνι ἐλαύνοντα βαρβάρων στίφη· εἶδον πατούμενα βαρβάρων φῦλα, καὶ τὸν Δαβὶδ ἀληθεύοντα· κύριε ἐν τῇ πόλει σου τὴν εἰκόνα αὐτῶν ἐξουδενώσεις. ἀποδέδεικται τοίνυν, ὅτι τὰ παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων καλῶς ἐκδεδομένα αὐτοὶ ἔξω θείου χοροῦ γενόμενοι διέστρεψαν. ἔτι δὲ ἔχονται κακίας, καὶ τὰ κατὰ τῶν εἰδώλων παρὰ τοῦ ἁγίου πατρὸς ἡμῶν Ἀθανασίου ῥηθέντα, πρὸς ἀνατροπὴν τῶν εἰκονικῶν ἀναζωγραφήσεων προβάλλονται, λέγοντες.

Anno Christi 787.

## GREGORIVS EPISCOPVS legit.

Sanctus Athanaſ. in oratione contra gentes paulo poſt princip. *Denique & Athanaſius Alexandriæ luminare ait: Quomodo non miſereamur eorum qui creaturas colunt? quoniam hi qui vident, eos qui non vident, & qui audiunt, eos qui non audiunt, orant: creatura enim a creatura nunquam ſaluabitur.*

## ΓΡΗΓΟΡΙΟΣ ΕΠΙΣΚΟΠΟΣ ἀνέγνω.

Καὶ Ἀθανάσιος δὲ ὁ τῆς Ἀλεξανδρείας φωστὴρ ἔφη· πῶς οὐκ ἔστιν ἐλεῆσαι τοὺς τὰ κτίσματα σεβομένους; ὅτι οἱ βλέποντες τοῖς μὴ βλέπουσι προσεύχονται, καὶ οἱ ἀκούοντες τοῖς μὴ ἀκούουσι· κτίσμα γὰρ ὑπὸ κτίσματος οὐδέποτε σωθήσεται.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

ANNO CHRISTI 787.

## ΕΠΙΦΑΝΙΟΣ ΔΙΑΚΟΝΟΣ ἀνέγνω.

* Βαβαὶ τῆς παρανοίας. καινήν τινα βλασφημίας ὁδὸν ἐννοήσαντες, τῆς ἀληθείας παρεκβεβήκασι. τοῦ γὰρ θεσπεσίου πατρὸς κατὰ τῶν εἰδώλων ταῦτα διαγορεύσαντος, αὐτοὶ μετὰ τὴν ἐπίγνωσιν τῆς ἀληθείας, καὶ τῆς εἰλικρινοῦς ὁμολογίας, καὶ τῆς θείας ἀναγεννήσεως, ἐκτὸς τοῦ ἑνὸς ἐπὶ πάντων θεοῦ κτίσμασι λατρεύειν τῶν Χριστιανῶν κατηγοροῦσι, καὶ εἰδωλολατρεῖν ἀποφαίνονται. φεῖσαι κύριε τοῦ λαοῦ σου, καὶ μὴ δῷς τινα ἀπαχθῆναι τῇ αὐτῶν βλασφημίᾳ. πάντες γὰρ οἱ τῷ ὀνόματί σου κεκλημένοι ὁμολογοῦμεν σε λυτρώσασθαι ἡμᾶς ἐκ τῆς τῶν εἰδώλων ἀπάτης καὶ πλάνης· καὶ μετὰ τὴν σὴν ἐπίγνωσιν οὐδαμῶς οἱ τῆς θείας ἀναγεννήσεως ἀξιωθέντες ἐξετράπημεν τινι κτίσματι τῶν ὑπὸ τὸν οὐρανὸν τὴν θείαν σου προσκύνησιν προσάγειν, ἀλλά σοι τῷ μόνῳ λυτρωτῇ ἡμῶν. καὶ ψάλλομεν· κύριε ἐκτός σου ἄλλον οὐκ οἴδαμεν, τὸ ὄνομά σου ὀνομάζομεν. μάρτυς αὐτὸς, καὶ ἁγίων ἀγγέλων στρατιαὶ, καὶ θεία ὁμήγυρις ἀποστόλων, προφητῶν καὶ μαρτύρων καὶ θεσπεσίων πατέρων. ἔχομεν δὲ εἰς ἀνάμνησιν τοῦ παντὸς ἡμῶν αἰσθητηρίου, εἰς δόξαν σὴν, πρὸς τὸ ἀνάγεσθαι ἡμᾶς πρὸς τὴν σὴν μεγαλειότητα, καὶ τύπον τοῦ θείου σταυροῦ, καὶ εὐαγγελικὴν διήγησιν, καὶ εἰκονικὴν ἀναζωγράφησιν, καὶ ἕτερα πλεῖστα καθιερωμένα σκεύη· καὶ ταῦτα ἀσπαζόμεθα διὰ τὸ ἐπὶ τῷ ὀνόματί σου γίνεσθαι καὶ ἀνατεθῆναι. ἀλλ' οἱ ἐνεργήσαντες θησαυρίσματα γλώσσῃ ψευδεῖ, μάταια ἐδίωξαν. διὸ καὶ οἴχεται αὐτῶν

## EPIPHANIVS DIACONVS legit.

Papæ quanta amentia! inanem quamdam blaſphemiæ viam excogitantes, a veritate proiecti ſunt. Cum enim egregius pater contra idola hæc promulgauerit, ipſi poſt agnitionem veritatis, & ſinceræ confeſſionis, ac diuinæ regenerationis, abſque vno qui eſt ſuper omnia Deus, creaturis ſeruire Chriſtianos accuſant, & idololatriam exercere pronuntiant. Parce Domine populo tuo, & ne dederis quemquam horum ſeduci blaſphemia. Omnes enim qui nomine tuo vocamur, confitemur te redemiſſe nos ab idolorum deceptione pariter & errore: atque poſt agnitionem tuam, nos qui diuina regeneratione digni facti ſumus, nequaquam conuerſi ſumus, vt alicui creaturæ ſub cælo diuinam adorationem tuam offerremus; ſed tibi ſoli redemptori noſtro pſallimus: Domine præter te alium neſcimus, nomen tuum nominamus. Teſtis eſt ipſe, & ſanctorum angelorum militiæ, & ſacratiſſimus cœtus apoſtolorum, prophetarum, martyrum, & egregiorum patrum. Habemus autem in commemorationem omnis ſenſus noſtri, & in gloriam tuam, vt ſubleuemur ad magnitudinem tuam, figuram diuinæ crucis, & euangelicam narrationem, & imaginalem picturam, nec non & alia plura vaſa ſacrata: & hæc ſalutamus, eo quod in nomine tuo fiant & ſtatuantur. Sed * vt compotes theſaurorum, lingua mendaci vana perſecuti ſunt. propter quod & * procedit

* *Gr.* qui collegerunt theſauros lingua

* perit

omnis eorum garrulitas. Nam quemadmodum lumine illuceſcente tenebræ abiguntur, ita veritate apparente mendacium linguæ ipſorum exciſum eſt gladio ſpiritus. Sed ex eo quod exciſum eſt habentes quædam reſidua, hæc proferunt, ita dicentes.

πᾶσα γλωσσαλγία. καθάπερ γὰρ φωτὸς ἀναλάμψαντος τὸ σκότος ἐκδιώκεται, οὕτως τῆς ἀληθείας φανείσης τὸ ψεῦδος τῆς αὐτῶν γλώττης ἐξετμήθη τῇ μαχαίρᾳ τοῦ πνεύματος. τοῦ δὲ τμηθέντος ἔχοντες καταλείμματα, ἐπιφέρουσι, λέγοντες τοιάδε.

## GREGORIVS EPISCOPVS legit.

*Similiter & Amphilochius Iconii dicit: Non enim in tabulis carneas perſonas ſanctorum per colores curæ nobis eſt figurare, quoniam non his opus habemus; ſed conuerſationem eorum virtutibus imitari.*

## ΓΡΗΓΟΡΙΟΣ ΕΠΙΣΚΟΠΟΣ ἀνέγνω.

Ὁμοίως καὶ Ἀμφιλόχιος ὁ τοῦ Ἰκονίου οὕτω φησίν· οὐ γὰρ τοῖς πίναξι τὰ σαρκικὰ πρόσωπα τῶν ἁγίων διὰ χρωμάτων ἐπιμελὲς ἡμῖν ἐντυποῦν, ὅτι οὐ χρήζομεν τούτων, ἀλλὰ τὴν πολιτείαν αὐτῶν δι' ἀρετῆς ἐκμιμεῖσθαι.

## EPIPHANIVS DIACONVS legit.

Hæreticorum ergo proprium eſt reciſa producere teſtimonia. Nam ſi quis ſtudioſe ſcrutatus fuerit, nullo modo ſenſum patris inueniet inhibentem venerabilium imaginum formationem: ſed fortitudinem collaudans, & firmamentum animæ ſanctorum affectus, & præferens virtutum effectum, hæc locutus eſt pater, & vt ad imitationem nos erigeret conuerſationis eorum. Non enim ob carnalem amorem illos laudamus, aut depingimus: ſed ad imitationem volentes habere virtutem eorum, & in libris vitas ipſorum deſcribimus, & in imaginali ſcriptura illos depingimus; cum minus indigeant hoc a nobis hiſtorice collaudari, vel in imagine lineamentis depingi: ſed ad vtilitatem noſtram hoc, ſicuti prædictum eſt, facimus. Non enim tantum paſſio-

## ΕΠΙΦΑΝΙΟΣ ΔΙΑΚΟΝΟΣ ἀνέγνω.

Αἱρετικῶν οὖν ἴδιόν ἐστι τὸ περικεκομμένας ἐκβάλλειν τὰς χρήσεις. ἐπεὶ εἴ τις φιλοπόνως ἐρευνήσει, οὐδαμῶς τὴν ἔννοιαν τοῦ πατρὸς εὑρήσει ἀπαγορεύουσαν τὴν τῶν σεπτῶν εἰκόνων ἀνατύπωσιν· ἀλλ' ἐγκωμιάζων τὴν ἀνδρίαν καὶ στερρότητα τῆς ψυχικῆς διαθέσεως τῶν ἁγίων, καὶ προκρίνων τὴν τῶν ἀρετῶν ἐργασίαν, ταῦτά φησιν ὁ πατήρ, καὶ ἵνα πρὸς μίμησιν ἡμᾶς ἀναγάγῃ τῆς αὐτῶν πολιτείας. οὐ γὰρ διὰ σαρκικὴν φιλίαν αὐτοὺς ἐγκωμιάζομεν, οὐδὲ ἀναστηλογραφοῦμεν· ἀλλὰ πρὸς μίμησιν θέλοντες ἔχειν τὰς αὐτῶν ἀρετὰς, καὶ ἐν βίβλοις τοὺς βίους αὐτῶν ἀναστοροῦμεν, καὶ εἰκονικῇ γραφῇ αὐτοὺς ἀναζωγραφοῦμεν, ἥκιστα χρῃζόντων τούτων παρ' ἡμῶν ἱστορικῶς ἐγκωμιάζεσθαι ἢ στηλογραφικῶς εἰκονίζεσθαι, ἀλλὰ πρὸς τὴν ἡμῶν ὠφέλειαν, καθὰ εἴρηται, τοῦτο ποιοῦμεν. οὐ γὰρ μόνον τὰ πάθη τῶν

ANNO CHRISTI 787.

ἁγίων πρὸς ἡμετέραν σωτηρίαν ἐστὶ παιδαγωγά, ἀλλὰ καὶ αὐτὴ ἡ συγγραφὴ τῶν παθημάτων αὐτῶν καὶ διὰ εἰκονικῆς ἀναζωγραφήσεως δεικνυμένη, ὡσαύτως καὶ ἡ ἐτήσιος αὐτῶν μνήμη. ὅλος γὰρ ὁ χαρακτὴρ τοῦ λόγου ταύτην τὴν ἔννοιαν παρίστησι, καὶ πρὸς ἀνατροπὴν τῶν σεπτῶν εἰκόνων ἐστὶν οὐδαμῶς τὸ παρὰ τοῦ πατρὸς εἰρημένον, οὐδὲ διαβολήν τινα πρὸς αὐτὰς πεποίηται. εἰ γὰρ φάσκει, οὐ χρώμασι τοῖς πίναξι τὰ σαρκικὰ αὐτῶν πρόσωπα ἐπιμελὲς ἡμῖν ἐντυποῦν, διὰ τὸν σκοπὸν τῆς ἀρετῆς ταῦτα παρ' αὐτοῦ λέλεκται. ἐπιφέρει γάρ· ἀλλὰ τὴν πολιτείαν αὐτῶν δι' ἀρετῆς ἐκμιμεῖσθαι. ἐπιμελὲς γὰρ ἡμῖν τὰς ἀρετὰς τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν ἐκλέγεσθαι, καὶ τὰς πράξεις αὐτῶν μιμεῖσθαι, καὶ τὴν πολιτείαν αὐτῶν ζηλοῦν. τὸ δὲ ναοὺς αὐτοῖς ἀναδείμασθαι διηνεκῶς, ἢ ἐν εἰκόνι τούτους ἀναστηλοῦν, καταφρονοῦντας τῆς τούτων ἀρετῆς, οὐκ ἐπαινετόν. οὐδεὶς γὰρ ἂν ἐπαινέσειεν, εἰ ἴδοι ἄνδρα τὰς ἀρετὰς τῶν ἁγίων ἀποκρουόμενον, καὶ * ἡμέρα τῇ ἡμέρᾳ εἰκόνας τούτων ἀνατιθέμενον, ἢ ναοὺς ἐγείροντα πλείστους, ἢ σκεύη ἱερὰ κατασκευάζοντα, καὶ τὸν ἑαυτοῦ ναὸν ταῖς ἐνθέοις ἀρεταῖς μὴ κατακοσμοῦντα. ἔφη γὰρ ὁ θεὸς διὰ Ἡσαΐου τοῦ προφήτου πρὸς τοὺς οὕτω διακειμένους· ἐὰν προσφέρητέ μοι σεμίδαλιν, μάταιον θυμίαμα, βδέλυγμά μοί ἐστι. καὶ ὅταν τὰς χεῖρας ὑμῶν ἐκτείνητε πρός με, ἀποστρέψω τοὺς ὀφθαλμούς μου ἀφ' ὑμῶν· καὶ ἐὰν πληθύνητε τὴν δέησιν, οὐκ εἰσακούσομαι ὑμῶν. ἀλλὰ τί ποιήσετε; λούσασθε, καθαροὶ γένεσθε, ἀφέλετε τὰς πονηρίας ἀπὸ τῶν ψυχῶν ὑμῶν ἀπέναντι τῶν ὀφθαλμῶν μου·

* ἴσ. ἡμέραν ἐξ ἡμέρας

nes ſanctorum nos ad ſalutem noſtram erudiunt, ſed ipſa conſcriptio paſſionum ipſorum etiam per imaginalem picturam oſtenſa, ſimiliter & anniuerſaria eorum memoria. Totus enim ſermonis ſtylus hunc ſenſum commendat, & ad ſubuerſionem venerabiliũ imaginum nullatenus eſt id quod a patre dictum eſt. Neque enim oblocutionem aliquam aduerſus illas facit. Nam & ſi dicit: Non coloribus in tabulis carneas eorum * perſonas curæ nobis eſt figurare: propter intentionem virtutis hæc ab eo dicta ſunt. ſubinfert enim: Sed cõuerſationem eorum per virtutem imitari. Curæ quippe nobis eſt virtutes bonorum virorum eligere, & actus eorum imitari, atque conuerſationem ipſorum æmulari. Præterea templa iſtis iugiter dedicare, aut in imagine iſtos erigere, illos qui virtutem ipſorum contemnunt, non eſt laudabile. Nemo plane laudauerit, ſi viderit hominem virtutes ſanctorum paruipendentem, de die in diem horum imagines * commendantem, vel templa multa erigentem, aut vaſa ſacra patrantem, & ſuum ipſius templum deificis virtutibus non adornantem. Ait enim Deus per Iſaiam prophetam ad eos qui huiuſcemodi erant: *Si obtuleritis mihi ſimilam, vanum: thus abominatio mihi eſt. Et cum manus veſtras extenderitis ad me, auertam oculos meos a vobis: & ſi multiplicaueritis deprecationem veſtram, non exaudiã vos.* Sed quid facietis? *Lauamini, mundi eſtote, auferte mala ab animabus veſtris in conſpectu oculorum meorum:*

* facies

* dicantem

*Iſai. 1. iuxta 70.*

ANNO CHRISTI 787.

*quieſcite a malis veſtris, diſcite bene facere: quærite iudicium, liberate oppreſſum, iudicate pupillum, iuſtificate viduam.* Ergo cum iſta correxerimus, tunc & ea quæ a nobis offeruntur, apud Deum accepta erunt, ſiue ſancta templa, ſiue ſacrata vaſa, ſiue venerabiles imagines ſint. Sic ergo aptum eſt, ad memoriam ſanctorum nos virtutes horum, ſecundum quod poſſibile fuerit, * imitari. Martyrum enim laudatio eſt, collectorum ad virtutem hortatio, ſicut magnus ait Baſilius in moralibus ſermonibus ſuis. Cum his autem, ſicuti dictum eſt, etiam templa erigere, & imagines formare, & ſacra vaſa Deo offerre, laude dignum eſt: oportet enim & hæc facere, & illa non omittere, vt verus ſermo nos docet. Non enim quis vtique virtutem acquirere poterit, niſi in atriis Domini aſſueſcat, & per lectionem diuina eloquia audiat, & per viſionem ducatur ad ſenſum tam euangelicarum narrationum & diſciplinarum, & martyricarum relationum atque certaminum. In omni autem tempore, loco, momento, & hora virtutibus dare operam perneceſſarium eſt: quia in paſſionibus Chriſti ſemper & continuo conuerſari neceſſe eſt, & mortificationem eius in corpore noſtro circumferre; & hoc diligenter facere commodum eſt: conciliatio enim eſt regni cælorum. Porro multas cruces exarare in vna domuncula, & contemnere mandata Chriſti, & imitationem paſſionum eius, inſipientiſſimum eſt. ſine operibus namque fides mortua eſt.

* *Gr.* diligere & imitari.

*In ſerm. in 40. mart.*

*Matth.* 23.

*Iacob.* 2.

παύσασθε ἀπὸ τῶν πονηριῶν ὑμῶν, μάθετε καλὸν ποιεῖν· ἐκζητήσατε κρίσιν, ῥύσασθε ἀδικούμενον, κρίνατε ὀρφανῷ, καὶ δικαιώσατε χήραν. ὅταν οὖν ταῦτα κατορθώσωμεν, τότε καὶ τὰ παρ' ἡμῶν προσφερόμενα δεκτὰ παρὰ τῷ θεῷ, εἴτε ἅγιοι ναοί εἰσιν, εἴτε ἱερὰ σκεύη, εἴτε καὶ σεπταὶ εἰκόνες. οὕτως οὖν ἁρμόδιόν ἐστιν ἐκλέγεσθαι ἡμᾶς πρὸς μνήμην ἁγίων τὰς τούτων ἀρετὰς, καὶ κατὰ τὸ δυνατὸν ἐκμιμεῖσθαι. τοῦτο γάρ ἐστι μαρτύρων ἐγκώμιον, ἡ πρὸς ἀρετὴν παράκλησις τῶν συνειλεγμένων, ὡς ὁ μέγας ἔφη Βασίλειος ἐν τοῖς ἠθικοῖς αὐτοῦ λόγοις. σὺν τούτοις δὲ, καθὰ εἴρηται, καὶ τὸ ναοὺς ἐγείρειν, καὶ εἰκόνας ἀνατυποῦν, καὶ ἱερὰ σκεύη τῷ θεῷ προσφέρειν, τῶν ἀξιεπαινέτων ἐστί· δεῖ γὰρ καὶ ταῦτα ποιῆσαι, κἀκεῖνα μὴ ἀφιέναι, ὁ ἀληθὴς λόγος ἡμᾶς ἐκδιδάσκει. οὐ γὰρ ἄν τις ἀρετὴν κτήσασθαι δύναιτο, ἐὰν μὴ ἐν ταῖς αὐλαῖς τοῦ κυρίου * παροδεύῃ, καὶ διὰ τῆς ἀναγνώσεως ἐνωτίζηται τῶν θείων λογίων, καὶ διὰ τῆς ὁράσεως πρὸς αἴσθησιν ὁδηγῆται τῶν τε εὐαγγελικῶν ἐξηγήσεων καὶ μαθημάτων, καὶ τῶν μαρτυρικῶν διηγήσεών τε καὶ ἄθλων. ἐν παντὶ δὲ καιρῷ καὶ τόπῳ καὶ χρόνῳ καὶ ὥρᾳ τὰς ἀρετὰς ποιεῖν ἐπιμελές ἐστι καὶ ἐπάναγκες· ὅτι καὶ τοῖς παθήμασι τοῦ Χριστοῦ ἐμπολιτεύεσθαι πάντοτε καὶ ἀεὶ καὶ διὰ παντὸς ἀναγκαῖον, καὶ τὴν νέκρωσιν αὐτοῦ ἐν τῷ σώματι ἡμῶν περιφέρειν, καὶ ἐπιμελῶς τοῦτο ποιεῖν, λυσιτελές· πρόξενον γάρ ἐστι τῆς οὐρανῶν βασιλείας. τὸ δὲ σταυροὺς πολλοὺς ἐγχαράττειν ἐν ἑνὶ οἰκίσκῳ, καὶ καταφρονεῖν τῶν ἐντολῶν τοῦ Χριστοῦ, καὶ τῆς μιμήσεως τῶν παθημάτων αὐτοῦ, τῶν ἀνοήτων ἐστίν· δίχα γὰρ τῶν ἔργων ἡ πίστις νεκρά.

* [illegible]

ANNO CHRISTI 787.

Φησὶ γὰρ εὐαγγελικῶς ὁ κύριος· οὐ πᾶς ὁ λέγων μοι, κύριε κύριε, εἰσελεύσεται εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, ἀλλ' ὁ ποιῶν τὸ θέλημα τοῦ πατρός μου τοῦ ἐν οὐρανοῖς. ἔτι δὲ ἐχόμενοι τῶν προκειμένων, καὶ ἑτέραν ἀπόδειξιν πρὸς τοῖς εἰρημένοις ἀποδώσομεν. συνήθές ἐστι τοῖς τὸ σωτήριον ἡμῖν τοῦ θεοῦ διασαφήσασι θέλημα ἁγίοις πατράσιν ἡμῶν, κατ' * ἔκτασιν τὴν τῶν ἐντολῶν τήρησιν ἐκδιδάσκειν ἡμᾶς, καὶ πρὸς ἣν ἐντολὴν ἐστὶν αὐτοῖς ὁ σκοπὸς ῥυθμίζειν τοὺς ἀκροωμένους, ταύτην διαγγέλλειν ὑψηλήν τε καὶ μείζονα· ἵνα ὡς ἄγκυραν ἀσφαλῆ ταύτην κατέχοντες, μηδὲ περὶ τὰς λοιπὰς ἀμελῶμεν. διὰ δὲ τὴν ἔκτασιν τοῦ μήκους τοὺς πλείους σιγήσαντες, Ἀστέριον τὸν Ἀμασείας εἰς μέσον ἀγάγωμεν. καὶ γὰρ αὐτὸς εἰς τὸν Λάζαρον καὶ εἰς τὸν πλούσιον λόγον συγγραψάμενος, ἔμφασίν τινα περὶ πτωχοτροφίας καὶ κατὰ πλουτούντων διαγορεύσας, παραινεῖ τοῖς πλουσίοις τὴν ἐλεημοσύνην ἐγκαρπίζεσθαι, καὶ μὴ φαιδρῶς καὶ λαμπρῶς μαλακοῖς ἱματίοις ἀμφιέννυσθαι. καὶ παρεισάγει ἠθικόν τινα λόγον πρός τινας εὐλαβεστέρους κατὰ τὸν βίον, πλούτου ἐφιεμένους, λέγων οὕτως· μὴ γράφε τὸν Χριστὸν ἐν ἱματίοις, ἀλλὰ μᾶλλον τὴν τῶν ἀναλωμάτων τούτων δαπάνην πτωχοῖς προσανέλζου. εἶτα καὶ θέλων ἐκκόψαι τοῦ πλούτου τὴν ἔφεσιν, ἐπιφέρει· ἀρκεῖ γὰρ αὐτῷ ἡ μία τῆς ἐνσωματώσεως ταπείνωσις· τουτέστιν, οὐκ ἀρεστὸν Χριστῷ τῷ θεῷ ἡμῶν, διὰ κοσμικῆς προσπαθείας καὶ φιλαργυρίας ἐμφαίνεσθαι τὰ τῆς οἰκονομίας αὐτοῦ μυστήρια. οὐδὲ γὰρ εὐσεβές ἐστιν ἢ ἀποδεκτὸν ἐνώπιον αὐτοῦ, εὐαγγελικῆς ἀναμνήσεως ἕνε-

* ἔκτασιν

Dicit enim euangelice Dominus: *Non omnis qui dicit mihi, Domine Domine, intrabit in regnum cælorum, ſed qui facit voluntatem Patris mei qui in cælis eſt.* Adhuc autem ſubiungentes propoſitis, & aliam probationem his quæ dicta ſunt reddemus. Moris eſt ſanctis patribus noſtris qui ſalutarem nobis Dei voluntatem diſſeruerunt, prolixe mandatorum nos dicta docere, & ad mandatum, de quo eis intentio eſt, moderari audientes, hoc annuntiare excelſum eſſe & maius: vt tamquam ancoram certam id habentes, nec circa reliqua negligentes ſimus. Porro prolixitatem vitantes, pluresque ſilentio prætereuntes, Aſterium Amaſinum in medium adducamus. Etenim in Lazarum & in diuitem conſcribens ſermonem, * quoddam verbum de pauperibus alendis & contra diuites dictans, admonet diuites eleemoſynæ fructus reddere, & non ſplendide vel clare mollibus veſtimentis amictos eſſe. & introducit moralem quemdam ſermonem ad quoſdam * religioſiores, in vita diuitias ambientes, perhibens ita: Noli pingere Chriſtum in veſtimentis, ſed potius horum ſumptus pauperibus eroga. Ac deinde volens recidere diuitiarum cupiditatem, ſubinfert: Sufficit enim ei vna incorporationis humilitas: id eſt, non placet Chriſto Deo noſtro per mundialem fauorem & auaritiam demonſtrari diſpenſationis ſuæ myſteria. Neque enim pium eſt vel acceptum in conſpectu eius, propter euangelicam commemorationem, ma-

*Matth. 7.*

* ſententiam quamdam latius explicatam de paup.

* religioſioris vitæ d.

teriam diuitiarũ theſaurizare ad excuſandas excuſationes in peccatis, pauperibus contemptis indigentibus panum, atque priuatis indumentis & tegumentis. hoc enim auaritiæ, & non pietatis eſt proprium. Sicut enim non eſt communicatio lucis ad tenebras, neque participatio iuſtitiæ & iniquitati: ita neque diuitiarum concupiſcentia & mollium veſtimentorum amictus, ad euangelicam formam atque hiſtoriam. Hæc enim diſpenſationis quidem relationem affatim edocet, in ſalutem ducens: illa vero miſera denuntiatur, vti cruciatui obnoxia, quemadmodum Iacobus ait Domini frater:
Iacob. 5. *Diuites plorate, vlulantes in miſeriis quæ aduenient vobis. Diuitiæ veſtræ putrefactæ ſunt, & veſtimenta veſtra a tineis comeſta ſunt: aurum & argentum veſtrum æruginauit, & ærugo in teſtimonium vobis erit.* Igitur, ſicuti dictum eſt, omnia quæ propter auaritiam facta ſunt in mundo, tranſibunt. Poſſibile nobis eſt per modicam impenſam habere alimenta & indumenta & operimenta, & his eſſe contentos. Quidquid enim non propter neceſſitatem, ſed propter ſpecioſitatem aſſumitur, prauitatis habet accuſationem, vt diuinus ait
Lib. Reg. fuſius diſputat c. 22. Baſilius. Contenti ergo ſimus his quorum egemus, & ex his pauperibus ſufficienter demus, & manum illis porrigamus, vt & Domini vocem audiamus di-
Matth. 5. centem: *Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiã conſequen-*
Matth. 25. *tur.* &, *quam diu feciſtis vni ex his minimis fratribus meis, mihi feciſtis.* Et quia Aſterii memoriam

κεν ὕλην πλούτου θησαυρίζειν, καὶ προφασίζεσθαι προφάσεις ἐν ἁμαρτίαις· πτωχῶν δὲ καταφρονεῖν ἐνδεομένων ἄρτων καὶ ἐνδυμάτων, καὶ σκεπασμάτων ἐστερημένων. τοῦτο γὰρ φιλαργυρίας ἴδιον, καὶ οὐκ εὐσεβείας. ὥσπερ γὰρ οὐ κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος, οὐδὲ μετοχὴ δικαιοσύνῃ καὶ ἀνομίᾳ· οὕτως οὐδὲ πλούτου ἔφεσις, καὶ ἱματίων μαλακῶν ἀμφίεσις, πρὸς τὴν εὐαγγελικὴν ἀνατύπωσιν καὶ ἱστορίαν. ἡ μὲν γὰρ τὴν τῆς οἰκονομίας διήγησιν τρανῶς ἡμᾶς ἐκδιδάσκει, εἰς σωτηρίαν ἀνάγουσα· ἡ δὲ ταλανίζεται ὡς ὑπεύθυνος κολάσεως, καθὼς φησὶν Ἰάκωβος ὁ ἀδελφόθεος· οἱ πλούσιοι κλαύσατε καὶ θρηνήσατε, ὀλολύζοντες ἐπὶ ταῖς ταλαιπωρίαις ὑμῶν. ὁ πλοῦτος ὑμῶν σέσηπε, καὶ τὰ ἱμάτια ὑμῶν σητόβρωτα γέγονεν· ὁ χρυσὸς ὑμῶν καὶ ὁ ἄργυρος κατίωται, καὶ ὁ ἰὸς αὐτῶν εἰς μαρτύριον ὑμῖν μένει. τοιγαροῦν, καθὰ εἴρηται, πάντα τὰ διὰ φιλαργυρίαν γινόμενα τῷ κόσμῳ οἴχεται. δυνατὸν γὰρ ἡμῖν ἐστι διὰ μικροῦ τινος ἀναλώματος ἔχειν διατροφάς, ἐνδύματά τε καὶ σκεπάσματα, καὶ ἐν τούτοις ἀρκεῖσθαι. πᾶν γὰρ ὃ μὴ διὰ χρείαν, ἀλλὰ διὰ καλλωπισμὸν παραλαμβάνεται, περπερείας ἔχει κατηγορίαν, ὡς ὁ θεῖος ἔφη Βασίλειος. ἀρκεσθῶμεν οὖν οἷς χρείαν ἔχομεν, καὶ ἐκ τούτων τοῖς πτωχοῖς ἐπαρκέσωμεν, καὶ χεῖρα αὐτοῖς ὀρέξωμεν, ἵνα καὶ τῆς τοῦ κυρίου φωνῆς ἀκούσωμεν λεγούσης· μακάριοι οἱ ἐλεήμονες, ὅτι αὐτοὶ ἐλεηθήσονται· καί, ἐφ' ὅσον ἐποιήσατε ἑνὶ τούτων τῶν ἀδελφῶν μου τῶν ἐλαχίστων, ἐμοὶ ἐποιήσατε. καὶ ἐπεὶ Ἀστερίου μνήμην ἐποιησά-

ANNO CHRISTI 787.

ἐποιησάμεθα, φέρε τοῖς αὐτοῦ λόγοις χρησάμενοι, τὴν τῶν σεπτῶν εἰκόνων παράδοσιν ἀρχαίαν θεσμοθεσίαν ἀποδείξωμεν τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας. καὶ γὰρ αὐτὸς θεασάμενος εἰκόνα τοῦ πάθους Εὐφημίας τῆς μάρτυρος, ἐγκωμίοις ἐκέχρητο τοιοῖσδε. Γυνή τις ἱερὰ παρθένος ἀκήρατος θεῷ τὴν σωφροσύνην καθιερώσασα, Εὐφημίαν καλοῦσιν αὐτήν. τυράννου δέ ποτε τοὺς εὐσεβοῦντας ἐλαύνοντος, μάλα προθύμως τὸν ἐπὶ θανάτῳ εἵλετο κίνδυνον. οἱ δὲ δὴ πολῖται καὶ κοινωνοὶ τῆς θρησκείας ὑπὲρ ἧς ἐτελεύτησεν, ὡς ἀνδρείαν ὁμοῦ καὶ ἱερὰν τὴν παρθένον θαυμάσαντες, πλησίον τοῦ ἱεροῦ τὴν θήκην δειμάμενοι, καταθέμενοί τε τὴν λάρνακα, τιμὰς τελοῦσιν αὐτῇ, καὶ τὴν ἐτήσιον ἑορτὴν, κοινὴν καὶ πάνδημον ποιοῦνται πανήγυριν. οἱ μὲν οὖν τῶν τοῦ θεοῦ μυστηρίων ἱεροφάνται καὶ λόγῳ τιμῶσι τὴν μνήμην ἀεὶ, καὶ ὅπως ἐξετέλεσε τὸν τῆς καρτερίας ἀγῶνα, ἐπιμελῶς τοὺς συνιόντας λαοὺς ἐκδιδάσκουσιν. ὁ δὲ δὴ ζωγράφος εὐσεβῶν καὶ αὐτὸς διὰ τῆς τέχνης τὰ κατὰ δύναμιν, πᾶσαν τὴν ἱστορίαν ἐν σινδόνι χαράξας, αὐτοῦ που περὶ τὴν θήκην ἱερὸν ἀνέθηκε θέαμα. ἔχει δὲ ὧδε τὸ φιλοτέχνημα. ὑψηλὸς ἐπὶ θρόνου καθίδρυται δικαστὴς, πικρὸν καὶ δυσμενὲς βλέπων εἰς τὴν παρθένον· ὀργίζεται γὰρ ὅταν ἐθέλῃ κἀν ταῖς ἀψύχοις ὕλαις ἡ τέχνη. δορυφόροι δὲ τῆς ἀρχῆς καὶ στρατιῶται πολλοί· οἱ μὲν τῶν ὑπομνημάτων ὑπογραφεῖς δέλτοις φέροντες καὶ γραφίδας· ὧν ἅτερος ἀναρτήσας ἀπὸ τοῦ κηροῦ τὴν χεῖρα, βλέπει πρὸς τὴν κρινομένην σφοδρῶς, ὅλον ἐγκλίνας τὸ πρόσωπον, ὥσπερ παρακελευόμενος γεγωνότερον λαλεῖν, ἵνα μὴ κάμνων περὶ τὴν ἀκοὴν,

fecimus, eia verbis eius vtentes, venerabilium imaginum traditionem antiquam eſſe legiſlationem monſtremus catholicæ eccleſiæ. Etenim ipſe contemplatus imaginem paſſionis Euphemiæ martyris, talibus eſt laudibus vſus: Mulier quædam fuit ſacra virgo, incorruptam Deo pudicitiam vouens, quam Euphemiam vocant. Cum autem tyrannus aliquando pios perſequeretur, ſatis prompte mortis elegit periculum. Porro ciues & communicatores religionis, pro qua & mortua eſt, virilitatis * lege ſacram virginem admirantes, iuxta ſacrarium ſepulcro dedicato, & arca poſita, honores ei concelebrant, & annuatim diem feſtum faciunt & ſolennem. Denique ſacrati diuinorum myſteriorum aſſertores etiam ſermonibus memoriam ſemper honorant, & qualiter perfecerit agonem perſeuerantiæ, diligenter præſentes populos edocent. At vero pictor pie agens & ipſe per artem ſecundum vires totam eius hiſtoriam in ſindone figurans, circa ſepulcrum poſuit * titulum. Habet autem ſe ſic artis diligentia. Excelſus ſuper thronum locatur iudex, amare ac furioſe virginem intuens. Iraſcitur enim ars etiam in materiis inanimatis, cum vult. Satellites autẽ principis & milites multi, alii quidem monumentorum deſcriptores, ferentes libros & * pittacia. Quorum alius ſuſpenſa manu a cera, aſpicit ad eam quæ iudicabatur, valide totam inclinans faciem, quaſi * iuſſus facilius loqui, vt non laborans erga auditum, men-

* ergo

* ſacrum ſpectaculum.

* *Gr.* ſtylos

* iubens clarius l.

*reprehendenda.

* pulcra facie:

doſa deſcriberet & * imperfecta. Stabat autem virgo in fulua tunica & veſte philoſophiam ſignificans; &, vt viſum eſt pictori, * vultu vrbano: vt autem mihi apparet, animam decorata virtutibus. Ducunt autem eam ad principem duo milites, vno ante quidem trahente, altero vero poſt tergum vrgente temperatum virginis morem pudore atque conſtantia. Nam in terram quidem intuetur, erubeſcens vultus virorum: ſtabat autem imperterrita, nihil perpetiens ad agonem. Verum cum ego alios interim laudarem pictores, vidi mulieris illius Colchidis opus, quod gnatis gladium illatura, miſericordia & furore diuideret faciem: & vno quidem oculorum iram oſtenderet, altero vero matrem indicaret parcentem & horreſcentem. Nunc autem miraculum ab illo ſenſu ad hanc mutaui picturam; & valde quoque admiror artificem, quoniam magis commiſcuit colorum morem, pudorem pariter & fortitudinem temperans, affectiones videlicet quæ ſibi inuicem aduerſantur. Cumque progrederetur anterius imitatio, carnifices quidam in paruis tunicis nudi iam ad opus vrgebant: & vnus quidem apprehendens caput & inclinans retrorſum, præbebat alteri apparatam ad pœnam virginis faciem: at ille aſſiſtens incidebat dentes. Malleus & teretrum pœnæ inſtrumenta videntur. Lacrymor hinc, & mihi paſſio ſermonem recidit. Sanguinis enim guttas ita pictor liquido colorauit, vt diceres veraciter eas a labiis flue-

ἐσφαλμένα γράφη καὶ ἐπιλήψιμα. ἕστηκε δὲ ἡ παρθένος ἐν φαιῷ χιτῶνι καὶ ἱματίῳ τὴν φιλοσοφίαν σημαίνουσα, ὡς μὲν ἔδοξε τῷ γραφεῖ, καὶ τὴν ὄψιν ἀστεία· ὡς δὲ ἐμοὶ δοκεῖ, τὴν ψυχὴν κεκαλλωπισμένη ταῖς ἀρεταῖς. ἄγουσι δὲ αὐτὴν πρὸς τὸν ἄρχοντα δύο στρατιῶται, ὁ μὲν ἕλκων ἐπὶ τὸ πρόσω, ὁ δὲ κατόπιν ἐπείγων κεκραμένον τῆς παρθένου τὸ ἦθος αἰδοῖ καὶ στερρότητι. νεύει μὲν γὰρ εἰς γῆν ὥσπερ ἐρυθριῶσα τὰς ὄψεις τῶν ἀρρένων· ἕστηκε δὲ ἀκατάπληκτος, οὐδὲν παθοῦσα πρὸς τὸν ἀγῶνα δειλόν. ὡς ἔγωγε σὺν ἄλλοις τέως ἐπῄνουν ζωγράφοις, ὅτ᾽ ἐθεασάμην τῆς γυναικὸς ἐκείνης τῆς Κολχίδος τὸ δρᾶμα, ὅπως μέλλουσα τοῖς τέκνοις ἐπιφέρειν τὸ ξίφος, ἐλέῳ καὶ θυμῷ μερίζει τὸ πρόσωπον· καὶ θάτερος μὲν τῶν ὀφθαλμῶν τὴν ὀργὴν ἐμφανίζει, θάτερος δὲ τὴν μητέρα μηνύει φειδομένην καὶ φρίττουσαν. νῦν δὲ τὸ θαῦμα ἀπ᾽ ἐκείνης τῆς ἐννοίας πρὸς ταύτην μετέθηκα τὴν γραφήν· καὶ σφόδρα γε ἄγαμαι τοῦ τεχνίτου, ὅτι μᾶλλον ἔμιξε τῶν χρωμάτων τὸ ἦθος, αἰδῶ τε ὁμοῦ καὶ ἀνδρείαν κεράσας, πάθη κατὰ φύσιν μαχόμενα. προβαινούσης δὲ εἰς τὸ πρόσω τῆς μιμήσεως, δήμιοί τινες ἐν χιτωνίσκοις γυμνοὶ ἤδη ἤρχοντο τοῦ ἔργου· καὶ ὁ μὲν δραξάμενος τῆς κεφαλῆς, καὶ ἀνακλίνας εἰς τὸ κατόπιν, παρεῖχε τῷ ἑτέρῳ εὐτρεπὲς εἰς τιμωρίαν τῆς παρθένου τὸ πρόσωπον· ὁ δὲ παραστὰς ἐξέκοπτε τῶν ὀδόντων. σφῦρα δὲ καὶ τρύπανον φαίνεται τῆς τιμωρίας τὰ ὄργανα. δακρύω δὲ τὸ ἐντεῦθεν, καί μοι τὸ πάθος ἐπικόπτει τὸν λόγον. τὰς γὰρ τοῦ αἵματος σταγόνας οὕτως ἐναργῶς ἐπέχρωσεν ὁ γραφεύς, ὥστε εἴποις ἂν προχεῖσθαι τῶν χειλέων ἀληθῶς,

Anno Christi 787.

ANNO CHRISTI 787.

καὶ θρηνήσας ἀπέλθοις. δεσμωτήριον μετὰ ταῦτα· καὶ πάλιν ἡ παρθένος σεμνὴ ἐν τοῖς φαιοῖς ἱματίοις κάθηται μόνη, ἐκτείνουσα τὼ χεῖρε πρὸς οὐρανὸν, καὶ καλοῦσα θεὸν ἐπίκουρον τῶν δεινῶν. εὐχομένῃ δὲ αὐτῇ φαίνεται ὑπὲρ κεφαλῆς τὸ σημεῖον, ὃ δὴ νόμος Χριστιανοῖς προσκυνεῖν τε καὶ ἐπιγράφεσθαι· σύμβολον οἶμαι τοῦ πάθους, ὅπερ αὐτὴν ἐξεδέχετο. εὐθὺς γοῦν καὶ μετ' ὀλίγον πῦρ ἀλλαχοῦ σφοδρὸν ὁ ζωγράφος ἀνῆψεν, ἐρυθρῷ χρώματι ἔνθεν καὶ ἔνθεν ἐπιλαμφθέντι σωματοποιήσας τὴν φλόγα. ἵστησι δὲ μέσην αὐτὴν τὰς χεῖρας πρὸς οὐρανὸν διαπλώσασαν, ἀλγηδόνα δὲ οὐδεμίαν ἐπιφαίνουσαν τῷ προσώπῳ, ἀλλὰ τοὐναντίον γεγηθυῖαν, ὅτι πρὸς τὴν ἀσώματον καὶ μακαρίαν ἐξεδήμει ζωήν. μέχρι τούτου καὶ ὁ ζωγράφος ἔστησε τὴν χεῖρα, κἀγὼ τὸν λόγον. ὥρα δέ σοι καὶ αὐτὴν, εἰ βούλει, τελέσαι τὴν γραφὴν, ἵνα κατίδῃς ἀκριβῶς, εἰ μὴ πολὺ κατόπιν τῆς ἐξηγήσεως ἤλθομεν. καὶ ταῦτα μὲν Ἀστέριος. σκοποῦντες δὲ τὰ ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ εἰρημένα, εὑρήσομεν τὸν αὐτὸν ἐκεῖθεν ἐκλεξάμενον τὰ παρ' αὐτοῦ διηγορευμένα. ὁ θεὸς γὰρ τῷ θεράποντι αὐτοῦ Μωσεῖ περὶ τῆς σκηνῆς διαταττόμενος, ποικίλα καὶ διάφορα ἐν αὐτῇ ἔργα προστάξας, πρὸς τούτοις ἔφη· ποιήσεις αὐλαίας ἐκ βύσσου κεκλωσμένης, καὶ ὑακίνθου, καὶ πορφύρας, καὶ κοκκίνου κεκλωσμένου χερουβίμ· ἐργασίᾳ ὑφάντου ποιήσεις *αὐτάς. καὶ αὕτη μὲν ἡ διαταγὴ διδάσκει ἡμᾶς, ἵνα τὰ τῷ θεῷ ἀνατεθειμένα ἀναλώμασι πλείοσι κατασκευάζωνται· ἐπὶ δὲ τῶν ἀνθρωπίνων οὐχ οὕτως. εἴρηται γὰρ τῷ λαῷ· καὶ ἱμάτιον ἐκ δύο ὑφασμένον οὐκ ἐπιβαλεῖς σεαυτῷ.

* αὐτ.

re, & lamentis affectus abires. * Vinculum poſt hæc; & iterum virgo decora in fuluis veſtibus, ſed & ſola, extendens manus ad cælum, inuocans Deum tutorẽ in pœnis. Orante autem ea, videtur ſuper caput ſignum, quod lex eſt Chriſtianis adorandi & ſuperſcribendi: quod ego indicium eſſe arbitror paſſionis quæ illam manebat. Mox ergo & poſt paululum ignem alibi vehementem pictor ſuccendit, rubro colore hinc & inde clareſcente flammam corpus efficiẽs. At vero in medio flammæ ſtatuit eam manibus ad cælum expaſſis, ſed moleſtia nulla in facie apparente: quin e diuerſo hilarem, quoniam ad incorpoream & beatam vitam pergebat. Vſque huc & pictor retinuit manum, & ego ſermonem. Porro attende tibi, ſi volueris eamdem perficere picturam, & conſideres diligenter, niſi multũ inferius quam oportuit, ad narrationẽ acceſſimus. Et hæc quidem Aſterius. Tractantes autem quæ in diuina ſcriptura dicta ſunt, inueniemus eumdem ex ea legiſſe, quæ ab ipſo dicta fuerũt. Deus enim famulo ſuo Moyſi de tabernaculo diſponens, poſtquam varia & diuerſa in eo opera fieri præcepit, ait: *Facies cortinas ex byſſo retorta, hyacintho, & purpura, & cocco retorto cherubim: opere textoris facies eos.* Et ipſa quidem diſpoſitio docet nos, vt ea quæ Deo dicata ſunt, expenſis multis conficiantur: in humanis autem non ita. Dictum eſt enim populo: *Et veſtem duobus contextam ne induas.*

* Gr. Carcer

Exod. 16.

Deut. 22.

Lucidiſſime autem diuinus Apoſtolus horum ſenſum commendat, præcipiens : *Mulieres in habitu* ornato, cum verecundia & ſobrietate ornantes ſe, non in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, vel veſte precioſa; ſed quod decet mulieres, promittentes pietatem per opera bona.* Hæc conſiderantes nos, qui Deo ſoli ſeruitutem noſtram in ſpiritu & veritate offerimus, omnia quæ oblata & dedicata ſunt, ſiue diuinus typus precioſæ crucis, ſiue euangelium, ſiue venerandæ imagines, ſiue vaſa ſacra ſint, & ſalutamus & amplectimur ea, veluti ſpem habentes ſanctificationis ab eis percipiendæ : & adorationem honoratoriam illis impendimus. *Adorate* enim, inquit, *ſcabellum pedum eius, quoniam * ſanctum eſt.* Propter quod & Gregorius Theologus in ſermone ſuo de natiuitate Chriſti ait : Bethlehem honora, præſepe adora. Ergo quod Deo dicatur, præſentia & participatione eius ſanctum eſt, quemadmodum omnis ſcriptura teſtatur: & ei qui ſanctus eſt, honor ſanctitatis non aliter conſeruatur, quam per noſtram affectualem adorationem. Ipſi autem adhuc ſpirantes mendacium, aliena quædam ab eccleſia catholica conſuentes, aiunt.

1. Tim. 2.
* decenti
Pſalm. 98.
* Gr. ſanctus
Non longe a fine.

## GREGORIVS EPISCOPVS legit.

*Conſona vero iſtis & Theodotus Ancyranus, concertator Cyrilli, de eiſdem docet ita: Sanctorum vultus non in imaginibus ex materialibus coloribus factis formandos accepimus, ſed ho-*

λαμπρότατα δὲ ὁ θεῖος ἀπόστολος τούτων τὴν ἔννοιαν παρίστησι παραγγέλλων· τὰς γυναῖκας ἐν καταστολῇ κοσμίῳ, μετὰ αἰδοῦς καὶ σωφροσύνης κοσμεῖν ἑαυτάς, μὴ ἐν πλέγμασιν, ἢ χρυσῷ, ἢ μαργαρίταις, ἢ ἱματισμῷ πολυτελεῖ· ἀλλ' ὃ πρέπει γυναιξὶν ἐπαγγελλομέναις θεοσέβειαν δι' ἔργων ἀγαθῶν. ταῦτα οὖν εἰδότες ἡμεῖς οἱ τῷ θεῷ μόνῳ τὴν λατρείαν ἡμῶν ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ προσάγοντες, πάντα τὰ αὐτῷ ἀνατεθειμένα καὶ καθιερωμένα, εἴτε θεῖος τύπος τοῦ τιμίου σταυροῦ, εἴτε ἅγιον εὐαγγέλιον, εἴτε σεπταὶ εἰκόνες, εἴτε ἱερὰ σκεύη εἰσί, καὶ ἀσπαζόμεθα, καὶ περιπτυξώμεθα, ὡς ἐλπίδα ἔχοντες ἁγιασμοῦ μεταλαμβάνειν παρ' αὐτῶν· καὶ προσκύνησιν τιμητικὴν αὐτοῖς ἀποδώσωμεν. προσκυνεῖτε γάρ, φησί, τῷ ὑποποδίῳ τῶν ποδῶν αὐτοῦ, ὅτι ἅγιός ἐστι. διὸ καὶ Γρηγόριος ὁ θεολόγος ἐν τῷ εἰς τὰ γενέθλια τοῦ Χριστοῦ λόγῳ αὐτοῦ οὕτω φησί· τὴν Βηθλεὲμ τίμησον, καὶ τὴν φάτνην προσκύνησον. ἃ γὰρ τῷ θεῷ ἀνατέθειται, τῇ αὐτοῦ ἐπιφοιτήσει καὶ μεθέξει ἁγιά ἐστι, καθὼς πᾶσα ἡ θεία γραφὴ μαρτυρεῖ· καὶ ὡς ἁγίῳ ἡ τιμὴ τῆς ἁγιότητος οὐκ ἄλλως φυλάττεται, ἢ διὰ τῆς ἡμῶν σχετικῆς προσκυνήσεως. αὐτοὶ δὲ ἔτι ἐμπνέοντες ψεύδεις, ἀλλότριόν τι τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας συρράψαντες, φασίν.

Anno Christi 787.

## ΓΡΗΓΟΡΙΟΣ ΕΠΙΣΚΟΠΟΣ ἀνέγνω.

Συνῳδὰ δὲ τούτοις καὶ Θεόδοτος Ἀγκύρας, ὁ συναγωνιστὴς Κυρίλλου, περὶ τῶν αὐτῶν διδάσκει οὕτως· τὰς τῶν ἁγίων ἰδέας οὐκ ἐν εἰκόσιν ἐκ ὑλικῶν χρωμάτων ἀναμορφοῦν παρειλήφαμεν, ἀλλὰ

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

ANNO CHRISTI 787.

τὰς τούτων ἀρετὰς διὰ τῶν ἐν γραφαῖς περὶ αὐτῶν δηλουμένων οἷόν τινας ἐμψύχους εἰκόνας ἀναμάττεσθαι δεδιδάγμεθα, ἐκ τούτου πρὸς τὸν ὅμοιον αὐτοῖς διεγειρόμενοι ζῆλον. ἐπεὶ εἰπάτωσαν οἱ τὰς τοιάσδε ἀναστηλοῦντες μορφὰς, ποίας ἐκ τούτων ἄρα καταπολαύουσιν ὠφελείας, ἢ ἐν ποίᾳ διὰ τῆς τούτων ἀναμνήσεως ἀνάγονται πνευματικῇ θεωρίᾳ. ἀλλ' εὔδηλον, ὡς ματαία ἡ τοιαύτη ἐπίνοια, καὶ διαβολικῆς μεθοδείας εὕρημα.

*rum virtutes per ea quæ de illis in ſcriptis indicantur, quaſi quaſdam animatas imagines imitari didicimus, & ex hoc ad ſimilem illis zelum erigimur. Nam dicant hi qui tales erigunt formas, quali putas ex his perfruantur vtilitate, vel in quam ſpiritalem contemplationem ducantur per harum commemorationem? ſed manifeſtum eſt quod vana ſit huiuſmodi excogitatio, & diabolicæ argumentationis inuentio.*

## ΕΠΙΦΑΝΙΟΣ ΔΙΑΚΟΝΟΣ ἀνέγνω.

Εἰ Θεόδοτος παρῆν ἐν τῷδε τῷ βίῳ, τῇ μακαρίᾳ συνεξεβόησεν ἂν Σωσάννῃ πρὸς θεὸν λέγων· ὁ θεὸς ὁ αἰώνιος, ὁ τῶν κρυπτῶν γνώστης, ὁ εἰδὼς πάντα πρὶν γενέσεως αὐτῶν· σὺ ἐπίστασαι, ὅτι ψευδῆ κατηγόρησάν μου, ζηλώσαντες τοὺς πρεσβυτέρους τῆς Βαβυλωνικῆς συγχύσεως, οἱ τῆς ψυχοφθόρου ταύτης καινοφωνίας εἰσηγηταί. ἀλλὰ θέλοντες ἑαυτοὺς ἱκανοὺς καὶ περιφανεῖς ἀποδεῖξαι, κενά τινα λαρυγγίζουσι, καὶ ψευδὴς ἀποδείκνυται ὁ κάλαμος τῆς γραφῆς αὐτῶν, καὶ προφανῶς παραχαράκται τῆς ἀληθείας εὑρίσκονται. πολλοὶ γὰρ μεθ' ἡμῶν ἐκζητήσαντες, εἶτά τε καὶ ἐρευνήσαντες ἐν τοῖς λόγοις τοῦ αὐτοῦ Θεοδότου περὶ τοῦ προκειμένου ῥητοῦ, εἰ ἄρα ἐγγέγραπταί τι τῶν τοιούτων, οὐδαμῇ οὐδαμῶς εὕρομεν. οὐδὲ γὰρ αὐτός τι τῶν τοιούτων διηγόρευσε· προφανῶς γὰρ δέδεικται, ὅτι οὐ Θεοδότου ἡ χρῆσίς ἐστι. πικρίας γὰρ καὶ παροξυσμοῦ μεστὸς ὁ λόγος, καὶ γλώσσης ἀκρατοῦς καὶ ἀκαθάρτων χειλέων ἡ τόλμα τοῦ φλυαρῆσαι, * διαβολικῆς ·

*leg. ex Lat. διαβολικῆς μεθοδείας εὕρημα τῶν σεπτῶν εἰκόνων τοὺς τύπους.

## EPIPHANIVS DIACONVS legit.

Si Theodotus eſſet in hac vita, cum beata Suſanna clamaret dicens: *Deus æterne, qui abſconditorum es cognitor, qui ſcis omnia antequam fiant:* tu noſti, quia falſo contra me tulerunt teſtimonium hi, qui æmulantes ſenes Babylonicæ confuſionis, huius nouitatis auctores exiſtunt. Sed volentes ſe idoneos & illuſtres oſtendere, quædam vana fauce loquuntur: & fallax oſtenditur calamus ſcripturæ ipſorum, & euidenter adulteratores veritatis inueniuntur. Multi enim nobiſcum exquirentes, deindeque ſcrutantes in ſermonibus eiuſdem Theodoti de propoſito dicto, ſi vere ſcriptum ſit huiuſcemodi, nunquam vſquam inuenimus. Neque enim ipſe quid tale locutus eſt. euidenter namque monſtratum eſt, quod non ſit Theodoti teſtimonium. Amaritudine quippe & exacerbatione plenus ſermo, & linguæ intemperatæ, atque immundorum labiorum præſumptio eſt dicere, eſſe diabolicæ argumentationis inuentionem venerabilium figuras imaginum. Vere perſpicuum eſt,

Dan. 13.

Anno Christi 787.

quod Chriſtianos accuſantium ſit hæc adinuentio atque figmentum, & non Theodoti. Nam ſi, vt ipſi aiunt, ex ipſo teſtimonium protulerunt, oportebat eos expreſſe indicare, ex quo eius ſermone teſtimonium ſit aſſumptum. Sed vt ſcientes illud falſum, ſilentio mendacium reliquerunt. Itaque ſermonibus eius coaceruatis, videlicet his qui ad Lauſum ſcripti ſunt contra Neſtorium in tomis ſex; & interpretatione ſymboli ſanctorum patrum apud Nicæam conuenientium, & ſermone de natiuitate Domini, & in lumina, & in Eliam & viduam, & in ſanctum Petrum & Ioannem, & in claudum qui ſedebat ad ſpecioſam portam, & in eos qui talenta acceperunt, & in eum qui de duobus cæcis: nullo modo dictum, quod ipſi protulerunt, inuenimus. Sed nec cum pſeudoſyllogus eorum collectus turbaretur, & inſcriberetur in falſa ſermocinatione ipſorum, a codice Ancyrani teſtimonium eſt aſſumptum; ſed per quoddam mendax pittacium, vt peſtilens quiddam diſcurrit, quod ſimplices admiſerunt. Porro ſenſati, & qui acquieſcunt veritati, hoc ſemper mendacium arbitrati ſunt. Præterea ductorem peſtiferæ hæreſeos ſuæ adhuc proponunt adiutorem Arii, & coadiutorem Euſebii Nicomedienſis, & Theognii Nicænſis, & Maridis Calchedonenſis, qui præfuit his qui reſtiterunt ſanctæ Synodo Nicænæ; ita fatentes.

χριστιανοκατηγόρων τοῦτο ἰδίωμά τε καὶ πλάσμα, καὶ οὐ Θεοδότου. ἐπεὶ εἰ ὡς αὐτοί φασιν, ἐξ αὐτοῦ τὴν μαρτυρίαν παρήγαγον, ἔδει αὐτοὺς τρανῶς δηλῶσαι, ἐκ ποίου λόγου αὐτοῦ ἡ χρῆσις ἐλήφθη· ἀλλ' ὡς γινώσκοντες αὐτὸ φάλσον, τὸ ψεῦδος τῇ σιωπῇ ἐπαφῆκαν. τοὺς λόγους αὐτοῦ τοίνυν συναγείραντες· λέγομεν δὴ τοὺς πρὸς Λαῦσον γραφέντας κατὰ Νεστορίου ἐν τόμοις ἕξ, καὶ τὴν ἑρμηνείαν τὴν εἰς τὸ σύμβολον τῶν ἐν Νικαίᾳ ἁγίων πατέρων, καὶ τὸν λόγον τὸν εἰς τὴν γέννησιν τοῦ κυρίου, καὶ τὸν εἰς τὰ φῶτα, καὶ τὸν εἰς τὸν Ἡλίαν καὶ τὴν χήραν, καὶ τὸν εἰς τὸν ἅγιον Πέτρον καὶ Ἰωάννην, καὶ τὸν εἰς τὸν χωλὸν τὸν καθήμενον πρὸς τὴν ὡραίαν πύλην, καὶ τὸν εἰς τοὺς τὰ τάλαντα λαβόντας, καὶ τὸν εἰς τοὺς δύο τυφλούς· οὐδαμῶς τὸ ῥητὸν, ὃ αὐτοὶ προσήνεγκαν, εὕρομεν. ἀλλ' οὐδὲ ὁ ψευδοσύλλογος αὐτῶν ὅτε ὠχλαγωγεῖτο, καὶ ἐνεγράφη ἐν τῷ φαλσολογήματι αὐτῶν, ἀπὸ βιβλίου τοῦ Ἀγκυρανοῦ ἡ χρῆσις μετελήφθη, ἀλλὰ διὰ ψευδοπιτακίου τινὸς ὡς λοιμός τις διέδραμεν, οὕτινος μετέλαβον οἱ ἁπλούστεροι. οἱ δὲ ἐχέφρονες καὶ τῇ ἀληθείᾳ πειθόμενοι, τοῦτο πάντοτε ὡς ψεῦδος ἡγήσαντο. ἡγήτορα δὲ τῆς αὐτῶν λοιμώδους αἱρέσεως ἔτι προβάλλονται τὸν ὑπερασπιστὴν Ἀρείου, καὶ συνασπιστὴν Εὐσεβίου Νικομηδείας, Θεογνίου Νικαίας, καὶ Μάριδος Καλχηδόνος, τὸν ἐξάρξαντα τῶν ἀντιπαραταξαμένων τῇ ἐν Νικαίᾳ ἁγίᾳ συνόδῳ, οὕτω φάσκοντες.

ANNO CHRISTI 787.

## ΓΡΗΓΟΡΙΟΣ ΕΠΙΣΚΟΠΟΣ ἀνέγνω.

Ὁμοίως δὲ καὶ ὁ τοῦ Παμφίλου Εὐσέβιος πρὸς Κωνσταντίαν Αὐγοῦσταν αἰτησαμένην Χριστοῦ εἰκόνα ἀποσταλῆναι αὐτῇ παρ' αὐτοῦ, τοιάδε λέγει· ἐπεὶ δὲ καὶ περί τινος εἰκόνος ὡς δὴ τοῦ Χριστοῦ γέγραφας, εἰκόνα βουλομένη σοι ταύτην ὑφ' ἡμῶν πεμφθῆναι· τίνα λέγεις καὶ ποίαν ταύτην, ἣν φὴς τοῦ Χριστοῦ εἰκόνα; πότερον τὴν ἀληθῆ καὶ ἀμετάλλακτον, καὶ φύσει τοὺς αὐτοῦ χαρακτῆρας φέρουσαν; ἢ ταύτην ἣν δι' ἡμᾶς ἀνείληφε, τῆς δούλου μορφῆς περιθέμενος τὸ σχῆμα; ἀλλὰ περὶ μὲν τῆς τοῦ θεοῦ μορφῆς οὐδ' αὐτὸς ἡγοῦμαί σε ζητεῖν, ἅπαξ πρὸς αὐτοῦ πεπαιδευμένην, ὅτι οὔτε τὸν πατέρα τις ἔγνω, εἰ μὴ ὁ υἱός· οὐδ' αὐτὸν υἱὸν γνοίη ποτέ τις ἐπαξίως, εἰ μὴ μόνος ὁ γεννήσας αὐτὸν πατήρ. καὶ δὴ μετά τινα· ἀλλὰ πάντως που τῆς τοῦ δούλου μορφῆς ἐπιζητεῖς τὴν εἰκόνα, καὶ οὗ δι' ἡμᾶς περιεβλήθη σαρκίου. ἀλλὰ καὶ τοῦτο τῇ δόξῃ τῆς θεότητος ἀνακεκρᾶσθαι μεμαθήκαμεν, καὶ καταπεπόσθαι τὸ θνητὸν ὑπὸ τῆς ζωῆς. καὶ μετ' ὀλίγα· τίς οὖν τῆς τοιαύτης ἀξίας τε καὶ δόξης τὰς ἀποστιλβούσας καὶ ἀπαστραπτούσας μαρμαρυγὰς οἷός τε ἂν ἦ καταχαράξαι νεκροῖς καὶ ἀψύχοις χρώμασι καὶ σκιαγραφίαις; ὁπότε μηδὲ προσβλέψαι αὐτῷ ἐπὶ τοῦ ὄρους οἱ θεσπέσιοι ὑπέμειναν μαθηταί, οἵ γε ἔπεσον ἐπὶ πρόσωπον, ἀφόρητον αὐτοῖς τὸ θεώμενον ὁμολογήσαντες. εἰ γοῦν τότε ἡ ἔνσαρκος αὐτοῦ μορφὴ τοσαύτης ἔλαχε δυνάμεως πρὸς τῆς ἐνοικούσης αὐτῇ θεότητος μεταβληθεῖσα, τί χρὴ λέγειν, ὅτε τὴν θνητότητα ἀποδύς, καὶ τὴν φθορὰν ἀπονιψάμενος, τὸ εἶδος τῆς τοῦ δούλου μορφῆς εἰς τὴν τοῦ δεσπότου καὶ θεοῦ δό-

## GREGORIVS EPISCOPVS legit.

*Similiter autem & Pamphili Euſebius ad Conſtantiam Auguſtam petentem Chriſti imaginem mitti ſibi ab eo, talia fatur: Quia vero de quadam imagine quaſi Chriſti ſcripſiſti, hanc volens tibi a nobis mitti, quam dicis & qualem hanc, quam perhibes, Chriſti imaginem? Vtrum veram & incommutabilem, & natura characteres ſuos portantem? an iſtam quam propter nos ſuſcepit, ſerui formæ ſchemate circumamictus? Sed de forma quidem Dei nec ipſe arbitror te quærere, ſemel ab ipſo edoctam, quoniam neque Patrem quis nouit niſi Filius, neque ipſum Filium nouit quis aliquãdo digne, niſi ſolus Pater qui eum genuit. Et poſt aliqua. Sed vtique ſerui formæ imaginem quæris, & corpuſculi quo amictus eſt propter nos. Sed & id gloria diuinitatis temperatum didicimus, & abſorptum eſſe mortale a vita. Et poſt pauca. Quis ergo huiuſmodi dignitatis & gloriæ vibrantes & præfulgentes ſplendores exarare potuiſſet mortuis & inanimatis coloribus & ſcripturis vmbraticis? quandoquidem nec aſpicere in eum in monte egregii ſuſtinuere diſcipuli,* Matth. 17. *qui etiam cecidere in faciem, importabile quod ſibi viſum fuerat confitentes. Ergo ſi tunc incarnata eius forma tantam virtutem ſortita eſt ab inhabitante in ſe diuinitate mutata, quid oportet dicere, cum mortalitate exutus, & corruptione ablutus, ſpeciem ſeruilis formæ in Domini & Dei glo-*

*riam commutauit, poſt victoriam videlicet contra mortem, poſt regreſſum ad cælos, poſt locationem in regio ſolio circa dexteram Patris, poſt quietem in inenarrabilibus & ineffabilibus ſinibus Patris, in quam aſcendentem & reſtitutum cæleſtes virtutes collaudabant, dicentes*: Tollite portas principes veſtras, & eleuamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ. Pſalm. 23.

## EPIPHANIVS DIACONVS legit.

Prophetica vox iſtis conuenit, qua Deus per prophetam Ieremiam aduerſus Iudæorum populos queritur, dicens: *Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt ſibi lacus contritos, qui aquam continere non poterunt.* Deſerentes enim probabilium patrum doctrinas, fallacium collegiorum primores, & æmulantes eos qui ventilabro diuini iudicii ab area dominica, id eſt catholica eccleſia ſunt proiecti, ipſos in protectionem hæreſeos ſuæ adducunt. Quis enim fidelium eccleſiæ, & eorum qui verorum dogmatum ſcientiam perceperunt, ignorat, quod Euſebius Pamphili in reprobum ſenſum traditus, vnius opinionis & ſenſus fuerit cum his qui Arii ſuperſtitionem ſecuti ſunt? In omnibus quippe hiſtoricis ſuis libris creaturam Filium & Verbum Dei vocat, & miniſtrum, & ſecundum adorabilem. Si vero quidam hunc defendentes dicunt, ſubſcripſiſſe illum in Synodo; concedamus ita fuiſſe. Sed labiis ſuis veritatem honorauit, cor autem longe fuit ab ea, vt oſten- Ierem. 2.

ξαν μετεσκευάσατο μετὰ τὴν κατὰ τοῦ θανάτου νίκην, μετὰ τὴν εἰς οὐρανοὺς ἄνοδον, μετὰ τὴν ἐν τῷ βασιλικῷ θρόνῳ ἀμφὶ τὰ δεξιὰ τοῦ πατρὸς ἵδρυσιν, μετὰ τὴν ἐν τοῖς ἀκατονομάστοις καὶ ἀρρήτοις κόλποις τοῦ πατρὸς ἀνάπαυσιν; εἰς ἣν ἀνιόντα καὶ ἀποκαθιστάμενον αἱ οὐράνιαι δυνάμεις ἀνευφήμουν λέγουσαι· ἄρατε πύλας οἱ ἄρχοντες ὑμῶν, καὶ ἐπάρθητε πύλαι αἰώνιοι, καὶ εἰσελεύσεται ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης. Anno Christi 787.

## ΕΠΙΦΑΝΙΟΣ ΔΙΑΚΟΝΟΣ ἀνέγνω.

Ἡ προφητικὴ φωνὴ τούτοις ἁρμόσειεν, ἣν ὁ θεὸς διὰ τοῦ προφήτου Ἱερεμίου τοῖς τῶν Ἰουδαίων λαοῖς ἐγκαλῶν ἔλεγεν· ἐμὲ ἐγκατέλιπον πηγὴν ὕδατος ζῶντος, καὶ ὤρυξαν ἑαυτοῖς λάκκους συντετριμμένους, οἳ οὐ δυνήσονται ὕδωρ συνέχειν. ἀφέντες γὰρ τὰς τῶν ἐγκρίτων πατέρων διδασκαλίας οἱ λογάδες τῶν ψευδολόγων, καὶ ζηλώσαντες τοῖς ἀποκηρυχθεῖσι τῷ πτύῳ τῆς θείας κρίσεως ἐκ τῆς δεσποτικῆς ἅλωνος, λέγω δὴ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας, αὐτοὺς εἰς συνασπισμὸν τῆς ἑαυτῶν αἱρέσεως ἐπισπῶνται. τίς γὰρ οὐκ ἔγνω τῶν πιστῶν τῆς ἐκκλησίας, καὶ γνῶσιν εἰληφότων ἀληθινῶν δογμάτων, ὅτι Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου εἰς ἀδόκιμον νοῦν παραδοθεὶς, ὁμόδοξος καὶ σύμφρων γέγονε τοῖς τὰ Ἀρείου θρησκεύουσιν, ἐν πάσαις ταῖς ἱστορικαῖς αὐτοῦ βίβλοις κτίσμα τὸν υἱὸν καὶ λόγον τοῦ θεοῦ ἀποκαλῶν, καὶ ὑπουργὸν, καὶ δεύτερον προσκυνητόν; εἰ δέ τινες τοῦτον δικαιοῦντες λέγουσιν ὑπογράψαι ἐν τῇ συνόδῳ, δῶμεν οὕτως εἶναι· ἀλλὰ τοῖς χείλεσιν αὐτοῦ τὴν ἀλήθειαν τετίμηκεν, ἡ δὲ καρδία αὐτοῦ πόρρω ἄπεστιν ἐξ αὐτῆς, ὡς

δηλοῦσι

ANNO CHRISTI 787.

δεικνύουσι τά τε συγγράμματα καὶ αἱ ἐπιστολαὶ αὐτοῦ πᾶσαι. εἰ δὲ ἄλλοτε ἄλλως κατὰ τοὺς καιροὺς καὶ κατὰ τὰ πράγματα συνεφύρετο καὶ μετεβάλλετο, ποτὲ μὲν ἐπαινῶν τοὺς τὰ Ἀρείου φρονοῦντας, ποτὲ δὲ τὴν ἀλήθειαν ὑποκρινόμενος, ἀποδείκνυται κατὰ τὸν ἀδελφόθεον Ἰάκωβον, ἀνὴρ ὢν δίψυχος, ἀκατάστατος ἐν πάσαις ταῖς ὁδοῖς αὐτοῦ· καὶ μὴ οἰέσθω, ὅτι λήψεταί τι παρὰ κυρίου. εἰ γὰρ καρδίᾳ ἐπίστευσεν εἰς δικαιοσύνην, καὶ στόματι ὡμολόγησεν εἰς σωτηρίαν τὸν ἀληθῆ λόγον, πάντως ὑπὲρ τῶν συγγραμμάτων αὐτοῦ συγγνώμην ᾐτήσατο, τούτων τὴν ἐπανόρθωσιν ποιούμενος, καὶ ὑπὲρ τῶν ἐπιστολῶν αὐτοῦ λόγον ἀπολογίας ἐποιήσατο ἄν· ἀλλ' οὐδαμῇ οὐδαμῶς τοῦτο πέπραχεν· ἔμεινε γὰρ ὡς Αἰθίοψ μὴ ἀλλάξας τὸ δέρμα αὐτοῦ. ἐν γὰρ τῷ ἑρμηνεύειν αὐτὸν τό· εἶπα τῷ κυρίῳ, κύριός μου εἶ σύ· ἔξω τῆς ἀληθοῦς γνώσεως ἐκβεβηκώς, οὕτως φησί· νόμοις φύσεως παντὸς υἱοῦ πατήρ, κύριος ἂν εἴη αὐτοῦ. διὸ καὶ τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ τοῦ θεοῦ ὁ γεννήσας αὐτὸν θεὸς εἴη ἂν αὐτοῦ καὶ θεὸς ὁμοῦ καὶ κύριος καὶ πατήρ. ὡσαύτως δὲ καὶ ἐν τῇ πρὸς τὸν ἅγιον Ἀλέξανδρον ἐπιστολῇ τὸν καθηγητὴν τοῦ μεγάλου Ἀθανασίου, ἧς ἡ ἀρχή· μεθ' ὅσης μὲν ἀγωνίας, καὶ μεθ' ὅσης φροντίδος ἐπὶ ταῦτα ἦλθον τὰ γράμματα· τρανότατα βλασφημῶν οὕτω φησὶ περὶ τοῦ Ἀρείου καὶ τῶν σὺν αὐτῷ. καὶ κατηγορεῖ αὐτῶν τὰ γράμματα, ὡς λεγόντων, ὅτι ὁ υἱὸς ἐκ τοῦ μὴ ὄντος γέγονεν ὡς εἷς τῶν πάντων. τὸ δὲ προήνεγκαν ἑαυτῶν γραμματεῖον, ὃ πρὸς σὲ πεποιήκασιν· ἐν ᾧ τὴν ἑαυτῶν πίστιν ἐκθέμενοι, αὐτοῖς ῥήμασι τάδε ὡμολόγουν· τὸν νόμου καὶ προφητῶν καὶ καινῆς διαθήκης θεὸν γεννήσαντα υἱὸν

dunt conſcripta eius & epiſtolæ omnes: licet aliter atque aliter ſecundum tempus & cauſas * conſpergi & mutari, aliquando quidem laudans ea quæ ſunt Arii ſentientes, aliquando vero veritatem ſimulans, oſtendatur iuxta Iacobum fratrem Domini vir duplici animo & inconſtans in omnibus viis ſuis: & non exiſtimet, quod accipiet aliquid a Domino. Si enim corde credidiſſet ad iuſtitiam, & ore confeſſus eſſet in ſalutem verum ſermonem, vtique pro ſcriptis ſuis veniam poſtulaſſet, horum correctionem faciens; & pro epiſtolis ſuis profecto verbum * rationis feciſſet: ſed hoc nullatenus vſque fecit; manſit enim ſicut Æthiops non mutata pelle ſua. Denique cum interpretaretur, *Dixi Domino, Deus meus es tu*, extra veracem ſenſum excedens ſic ait: Legibus naturæ omnis filii pater, dominus eſt vtique eius: & idcirco vnigeniti Filii Dei ipſe qui genuit eum Deus, ſimul & Deus & Dominus & Pater eſt. Similiter autem & in epiſtola ad ſanctum Alexandrũ præceptorem magni Athanaſii directa, cuius initium eſt; Cum quanta ſolicitudine, vel cum quanta cura ad * hæc literæ venerint; expreſſius blaſphemans ſic ait de Ario & eius aſſeclis: Calumniantur eos literæ tuæ, tamquam dicentes, quia Filius ex non exiſtentibus factus eſt, ſicut vnus ex omnibus. at illi protulerunt epiſtolam, quam ad te fecerant: in qua fidem ſuam exponentes, ipſis verbis hæc confitebantur: Legis videlicet ac prophetarum, & noui teſtamenti Deum genuiſſe Filium

* immiſcendo ſeſe ac immutando.

*Iacob.* 1.

*Rom.* 16.

* defenſionis

*Pſalm.* 15.

* has literas venerim;

vnigenitum ante tempora æterna, per quem & omnia & ſæcula fecit: genuiſſe autem eum non coniectura, * ſed veritate, ac ſubiecisse propriæ voluntati, inconuertibilem & incommutabilem, creaturam Dei perfectam, ſed non ſicut vnam ex creaturis. Si ergo literæ ipſorum veritatem dicunt, * vtique apud te fertur: in quibus confitentur Filium Dei ante tempora æterna, per quem fecit & ſæcula, eſſe inconuertibilem & creaturam Dei perfectam, ſed non ſicut vnam ex creaturis. Porro epiſtola tua calumniatur eos, tamquam dicentes, quia Filius factus eſt ſicut vnum omnium: cum hoc non dixerint, ſed clare definierint, quia non ſicut vnum ex creaturis. Nota ergo, ſi non protinus eis iterum occaſio detur ad reprehendendum & detrahendum mouendi quotquot voluerint. Iterum eos accuſabas dixiſſe, quia qui eſt, eum qui non erat, genuit. Miror autem ſi poſſit quis aliter dicere. ſi enim vnus eſt qui eſt, profecto ex ipſo factum eſt omne quod eſt * cum ipſo: ſi vero non ſolus ipſe eſt qui eſt, ſed & Filius erat qui eſt; quomodo eum qui erat, is qui eſt gignebat? Taliter enim vtique duo eſſent * qui exiſterent. Et hoc quidem Euſebius ad memorandum Alexandrum: ſed & aliæ epiſtolæ ipſius ad eumdem virum ſacratum feruntur, in quibus inueniuntur variæ blaſphemiæ, illos qui circa Arium ſunt, defendentes. Similiter & ad Euphraſionem epiſcopum mittens, expreſſius blaſphemat; cuius epiſtolæ initium eſt ita: Domino meo per omnia grates confiteor; & in ceteris: Non enim ſimul cum Patre Filium fuiſſe

* Gr. ſed vere in rerum naturam produxiſſe propria voluntate,

* quæ vtique apud te etiam ſunt:

* Gr. poſt ipſum:

* Gr. quæ ſunt

μονογενῆ πρὸ χρόνων αἰωνίων, δι' οὗ καὶ τοὺς αἰῶνας καὶ τὰ πάντα πεποίηκε· γεννήσαντα δὲ οὐ δοκήσει, ἀλλὰ ἀληθείᾳ· ὑποστήσαντα ἰδίῳ θελήματι ἄτρεπτον καὶ ἀναλλοίωτον, κτίσμα τοῦ θεοῦ τέλειον, ἀλλ' οὐχ ὡς ἓν τῶν κτισμάτων. εἰ δὴ οὖν τὰ παρ' αὐτῶν γράμματα ἀληθεύει, πάντως δὲ καὶ παρὰ σοὶ φέρεται· ἐν ᾧ ὁμολογοῦσι τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ πρὸ χρόνων αἰωνίων, δι' οὗ καὶ τοὺς αἰῶνας πεποίηκεν, εἶναι ἄτρεπτον καὶ κτίσμα τοῦ θεοῦ τέλειον, ἀλλ' οὐχ ὡς ἓν τῶν κτισμάτων. ἡ δὲ σὴ ἐπιστολὴ κατηγορεῖ αὐτῶν ὡς αὐτῶν λεγόντων, ὅτι ὁ υἱὸς γέγονεν ὡς ἓν τῶν κτισμάτων· αὐτῶν τοῦτο μὴ λεγόντων, ἀλλὰ σαφῶς διορισαμένων, ὅτι οὐχ ὡς ἓν τῶν κτισμάτων· ὅρα εἰ μὴ εὐθὺς πάλιν αὐτοῖς ἀφορμὴ δίδοται εἰς τὸ ἐπιλαβέσθαι καὶ διαβάλλειν ὁρμᾶσθαι ὅσα καὶ θέλουσι. πάλιν αὐτοὺς ᾐτιῶ λέγοντας, ὅτι ὁ ὢν τὸν μὴ ὄντα ἐγέννησε. θαυμάζω δέ, εἰ δύναταί τις ἄλλως εἰπεῖν. εἰ γὰρ εἷς ἐστιν ὁ ὤν, δῆλον ὅτι ἐξ αὐτοῦ γέγονε πᾶν ὅ, τι καὶ ἔστι μετ' αὐτόν· εἰ δὲ μὴ μόνος αὐτός ἐστιν ὁ ὤν, ἀλλὰ καὶ υἱὸς ἦν ὁ ὤν, καὶ πῶς τὸν ὄντα ὁ ὢν ἐγέννησεν; οὕτως γὰρ ἂν δύο εἴη τὰ ὄντα. καὶ ταῦτα μὲν Εὐσέβιος πρὸς τὸν ἀοίδιμον Ἀλέξανδρον. ἀλλὰ καὶ ἕτεραι ἐπιστολαὶ αὐτοῦ πρὸς τὸν αὐτὸν ἱερὸν ἄνδρα φέρονται, ἐν αἷς εὑρίσκονται ποικίλαι βλασφημίαι τοὺς περὶ Ἄρειον διεκδικοῦσαι. ὡσαύτως καὶ πρὸς Εὐφρασίωνα ἐπίσκοπον ἐπιστέλλων ἀναιδέστατα βλασφημεῖ· ἧς ἐπιστολῆς ἡ ἀρχή ἐστιν οὕτως· τῷ δεσπότῃ μου κατὰ πάντα χάριν ὁμολογῶ· καὶ ἐν τοῖς ἑξῆς· οὐ γὰρ συνυπάρχειν φαμὲν τὸν υἱὸν τῷ πατρί, προϋπάρχειν

ANNO CHRISTI 787.

δὲ τὸν πατέρα τοῦ υἱοῦ. πλὴν αὐτὸς ὁ πάντων μᾶλλον ἀκριβῶς ἐπιστάμενος υἱὸς τοῦ θεοῦ, ἕτερον ἑαυτὸν εἰδὼς τοῦ πατρὸς καὶ μείω καὶ ὑποβεβηκότα, εὖ μάλα εὐσεβῶς τοῦτο καὶ ἡμᾶς διδάσκει λέγων· ὁ πατὴρ ὁ πέμψας με μείζων μού ἐστι. καὶ μεθ' ἕτερα· ἐπεὶ καὶ αὐτὸς μὲν θεὸς ὁ υἱός, ἀλλ' οὐκ ἀληθινὸς θεός. ἐκ τούτων οὖν τῶν συγγραμμάτων αὐτοῦ ἀποδείκνυται τὰ Ἀρείου καὶ τῶν ἀμφ' αὐτὸν δοξάζων. μετὰ δὲ ταύτης τῆς ἀποστατικῆς αὐτοῦ αἱρέσεως οἱ τῆς Ἀρείου μανίας ἐφευρεταὶ καὶ μίαν φύσιν πρεσβεύουσιν ἐπὶ τῆς καθ' ὑπόστασιν ἑνώσεως, καὶ δοξάζουσι σάρκα δίχα ψυχῆς ἀναλαβέσθαι τὸν κύριον ἡμῶν ἐν τῇ σωτηριώδει αὐτοῦ οἰκονομίᾳ, λέγοντες τὴν θεότητα ἀναπληροῦν τῆς ψυχῆς τά τε βουλεύματα καὶ κινήματα, ἵνα τὸ πάθος, καθὼς φησὶ Γρηγόριος ὁ θεολόγος, τῇ θεότητι ἐπιγράψωσι· καὶ οἱ τὸ πάθος τῇ θεότητι προσάπτοντες, Θεοπασχῖται δῆλόν εἰσι· καὶ οἱ ταύτης τῆς αἱρέσεως μετέχοντες εἰκόνα οὐ προσίενται δέχεσθαι, ὡς οὐδὲ ὁ δυσσεβὴς Σεβῆρος, καὶ Πέτρος ὁ Κναφεὺς, καὶ Φιλόξενος ὁ Ἱεραπόλεως, καὶ πᾶσα ἡ ἀμφ' αὐτοὺς πολυκέφαλος ὕδρα καὶ ἀκέφαλος. ταύτης οὖν τῆς συμμορίας καὶ Εὐσέβιος ὑπάρχων, ὡς δέδεικται ἔκ τε τῶν ἐπιστολῶν αὐτοῦ καὶ τῶν ἱστορικῶν συγγραμμάτων, εἰκόνα τοῦ Χριστοῦ ὡς Θεοπασχίτης ἀποβάλλεται. τοὔνεκεν γράφει Κωνσταντίᾳ τῇ Λικιννίου γυναικὶ, μὴ παρ' αὐτῇ εὑρῆσθαί ποτε εἰκόνα· ἐπειδὴ καὶ ἐν τῇ αὐτῇ ἐπιστολῇ λέγει, ὅτι μετεβλήθη ἡ ἔνσαρκος αὐτοῦ μορφὴ εἰς τὴν τῆς θεότητος φύσιν. ἀλλ' οὐδεὶς τῶν ἁγίων πατέρων ἡμῶν οὕτως ἐφρόνησεν ἢ ἐδίδαξεν· οὐδὲ γὰρ ἡ ἀλήθεια οὕτως ἔχει.

fatemur: verumtamen ipſe Filius Dei, qui magis omnia liquido nouit, alium ſe a Patre & minorem atque inferiorem ſciens, admodum pie hoc etiam nos docet, dicens: *Pater qui miſit me, maior eſt me.* Ioan. 14. Et poſt alia: Nam & ipſe quidem Filius Deus eſt, ſed non verus Deus. Ex his ergo ſcriptis eius oſtenditur Arii & comparium eius dogmata prædicare. Cum hac autem apoſtatica ſua hæreſi Arianæ inſaniæ inuentores & vnam naturam dogmatizant in vnitione, quæ eſt per ſubſiſtentiam; & prædicant carnem ſine anima ſuſcepiſſe Dominum noſtrum in ſalutari diſpenſatione ſua, dicentes diuinitatem adimpleſſe animæ voluntates & motus, vt paſſionem, ſicut ait Gregorius Theologus, diuinitati aſcribãt. Epiſt. 1. ad Cledonium poſt princ. & qui paſſionem diuinitati applicant, conſtat eos Theopaſchitas eſſe: & qui huius hæreſeos participes ſunt, imagines non admittunt, quemadmodum nec impius Seuerus, & Petrus Cnapheus, & Philoxenus Hierapolitanus, & omnis quæ circa eos eſt * polycephalos & ſine capite hydra. *multorum capitum Huius ergo factionis etiam Euſebius exiſtens, ſicuti demonſtratum eſt tam ex epiſtolis, quam ex hiſtoricis eius conſcriptis, imaginẽ Chriſti tamquam Theopaſſianus abiicit: & hac pro cauſa Conſtãtiæ vxori Licinii ſcribit, nõ aliquando apud ſe inueniendam imaginem. Quoniam & in eadem epiſtola dicit, quia mutata eſt incarnata eius forma in diuinitatis eius naturã. Sed nullus ſanctorum patrum noſtrorum ſic ſapuit aut docuit: neque enim ſic veritas ſe habet.

Audiamus igitur quid Athanaſius depoſitor Arianæ inſaniæ in epiſtola dogmatica ſua dicat, quam ad Eupſychium preſbyterum Cæſariæ ſcripſit: pari modo & Cyrillus in prima epiſtola ad Succeſſum epiſcopum Diocæſariæ, & in ſermone contra commixtores edito. Ambo enim ſicut terrenam, ita & cæleſtem conuerſationem habentes, atque ab vno ſpiritu inſpirati, conſona inuicem fantur. Athanaſius quidem in prædicta ad Eupſychium epiſtola, cuius initium eſt: In quibus quidem * aſſuetus es nos reuerendiſſime. Et poſt alia ſic ait: Communis ouium eſt fructus, * ſed & auſtrali æſtate, lana in communẽ vſum vniuerſis apponitur. Sed cum de mari tinctura aſſumitur, purpura dicitur, & talem appellationẽ meretur: ſed cum in vſu præcipue regibus ſolis aptatur, & eſt lana, & non eſt: natura quidem illud quod prius erat, eſt; vſu vero non iam: fugit enim quod commune erat propter dignitatem vtentis. Sic ergo & caro de communi ſuſcepta natura, quoniam facta eſt amictus regis, * quod ante facta non fuerat. Ita & Dominus gloriæ dicitur * fortaſſis etiam ſecundum quod homo eſt, natura humana paſſionem admittente, & iniuria in ipſum tranſeunte, qui veluti veſte vſus eſt carne. Sicut enim is qui oſtrum ſcidit, quaſi ipſi regi inſidiatus fuerit, animaduerſionem ſuſtinet; quoniam rex purpuræ paſſionem in ſe tranſtulit, quamquam ipſe nihil mali pertulerit: ita & carnis paſſio, manente impaſ-

* Gr. exiſtimaſti nos.

* Gr. hæc inquã dorſi meſſis,

* Gr. addit. eamdem merita eſt gloriam, atque is qui ea eſt vſus, * merito

ἀκούσωμεν Ἀθανασίου τοῦ καθαιρέτου τῆς Ἀρείου μανίας, τί φησιν ἐν τῇ δογματικῇ αὐτοῦ ἐπιστολῇ τῇ πρὸς Εὐψύχιον πρεσβύτερον Καισαρείας· ὡσαύτως καὶ Κυρίλλου ἐν τῇ πρώτῃ ἐπιστολῇ τῇ πρὸς Σούκενσον ἐπίσκοπον Διοκαισαρείας, καὶ ἐν τῷ κατὰ Συνουσιαστῶν λόγῳ. ἄμφω γὰρ ὥσπερ ἐπίγειον ἐμπολίτευμα ἔχοντες, οὕτως καὶ οὐράνιον, καὶ παρὰ τοῦ ἑνὸς πνεύματος ἐμπνευσθέντες, συνῳδὰ ἀλλήλοις φθέγγονται. Ἀθανάσιος μὲν ἐν τῇ προλεχθείσῃ πρὸς Εὐψύχιον ἐπιστολῇ, ἧς ἡ ἀρχή· ἐφ᾽ οἷς μὲν ᾠήθης ἡμᾶς εὐλαβέστατε· μεθ᾽ ἕτερα φησί· κοινὸς ὁ τῶν προβάτων καρπὸς, τοῦτο δὴ τὸ νωταῖον θέρος, τὸ ἔριον εἰς κοινὴν χρῆσιν τοῖς ἅπασι προκείμενον. ἀλλ᾽ ὅταν τῇ ἐκ τῆς θαλάττης προσομιλήσῃ βαφῇ, πορφύρα λέγεται, καὶ τῆς προσηγορίας ἀμειβομένης, καὶ τῆς χρήσεως καὶ ἐξαίρετον βασιλεῦσι μόνοις ἁρμόττειν λαχούσης. καὶ ἔστιν ἔρια, καὶ οὐκ ἔστι· τὴν μὲν φύσιν ἐκεῖνο ὅπερ πρότερον ἦν, τὴν δὲ χρῆσιν οὐκέτι· φεύγει γὰρ τὴν κοινότητα διὰ τὸ τοῦ χρωμένου ἀξίωμα. οὕτω γοῦν καὶ ἡ σὰρξ τῆς κοινῆς ληφθεῖσα φύσεως, ἐπειδὴ γέγονε περιβόλαιον βασιλέως, τῆς αὐτῆς ἠξιώθη δόξης τῷ χρησαμένῳ, κἂν μὴ τὴν φύσιν ἐγένετο. ὥστε κύριος δόξης λέγεται εἰκότως καὶ καθὸ ἄνθρωπος· τῆς μὲν καθ᾽ αὑτὸν φύσεως προσιεμένης τὸ πάθος, τῆς δὲ ὕβρεως διαβαινούσης ἐπ᾽ αὐτὸν τὸν ὥσπερ ἐσθῆτι χρησάμενον τῇ σαρκί. ὥσπερ γὰρ ὁ τὴν ἁλουργίδα διαρρήξας, ὡς * ἐπιβεβηκὼς αὐτῷ τῷ βασιλεῖ, τὴν τιμωρίαν ὑπέχει· καίτοιγε οὐδὲν δεινὸν αὐτὸς πέπονθεν ὁ βασιλεύς, τῆς δὲ πορφύρας τὸ πάθος ἐπ᾽ αὐτὸν ἀνήνεκται· οὕτω καὶ τὸ τῆς σαρκὸς πάθος

Anno Christi 787.

* ἐπιβουλεύσας

Anno Christi 787.

μὲν ἐν τῇ ἀπαθείᾳ τοῦ θεοῦ λόγου διὰ τῆς ὕβρεως ἐπ' αὐτὸν ἐληλυθέναι λέγεται. καὶ διὰ τοῦτο Παῦλος τὸν δεσπότην Χριστὸν, καθὸ ἄνθρωπον, υἱὸν θεοῦ παραδίδωσι. καὶ πρὸ τούτου Γαβριὴλ ὁ ἀρχάγγελος τὸν παράδοξον τόκον εὐαγγελιζόμενος τῇ Μαρίᾳ, χαῖρε, φησὶ, κεχαριτωμένη, ὁ κύριος μετὰ σοῦ· ἰδοὺ σὺ ἐν γαστρὶ ἕξεις, καὶ τέξῃ υἱὸν, καὶ καλέσουσιν αὐτὸν Ἰησοῦν. οὗτος ἔσται μέγας, καὶ υἱὸς ὑψίστου κληθήσεται. ὥστε καλεῖται υἱὸς θεοῦ Ἰησοῦς, οὐκ εἰς θείαν φύσιν τῆς σαρκὸς μεταβληθείσης, ἀλλὰ τῇ πρὸς τὸν θεὸν λόγον ἑνώσει τὴν ὁμώνυμον ἀξίαν λαβούσης. Κύριλλος δὲ ὡσαύτως ἐν τῇ προειρημένῃ πρὸς Σούκενσον ἐπιστολῇ, ἧς ἡ ἀρχή· ἐνέτυχον τῷ ὑπομνηστικῷ τῷ παρὰ τῆς σῆς ὁσιότητος ἀποσταλέντι. καὶ μεθ' ἕτερα οὕτω φησίν· μετὰ δέ γε τὴν ἀνάστασιν ἦν μὲν αὐτὸ τὸ σῶμα τὸ πεπονθὸς, πλὴν οὐκέτι τὰς ἀσθενείας τὰς ἀνθρωπίνας ἔχον ἐν ἑαυτῷ· οὐ γὰρ ἔτι πείνης ἢ κόπου, ἢ ἑτέρου τινὸς τῶν τοιούτων δεκτικὸν εἶναί φαμεν αὐτὸ, ἀλλὰ λοιπὸν ἄφθαρτον· καὶ οὐχὶ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ γὰρ καὶ ζωοποιόν· ζωῆς γὰρ σῶμα, τουτέστι τοῦ μονογενοῦς. κατελαμπρύνθη δὲ καὶ δόξῃ τῇ θεοπρεπεστάτῃ, καὶ νοεῖται θεοῦ σῶμα. τοιγάρτοι κἄν εἴπῃς αὐτὸ λέγοι θεῖον, ὥσπερ ἀμέλει τὸ τοῦ ἀνθρώπου ἀνθρώπινον, οὐκ ἂν ἁμάρτοι τοῦ πρέποντος λογισμοῦ. ὅθεν οἶμαι καὶ τὸν σοφώτατον Παῦλον εἰπεῖν· εἰ καὶ ἐγνώκαμεν Χριστὸν κατὰ σάρκα, ἀλλὰ νῦν οὐκέτι γινώσκομεν. θεοῦ γὰρ, ὡς ἔφην, ἴδιον σῶμα ὑπάρχον ὑπερέβη πάντα τὰ ἀνθρώπινα. μεταβολὴν γε τὴν εἰς θεότητος φύσιν οὐκ ἐνδέχεται παθεῖν σῶμα τὸ ἀπὸ γῆς· ἀμήχανον γάρ·

ſibilitate Dei Verbi, per contumeliam in ipſum veniſſe dicitur. Ideo Paulus Dominum Chriſtum ſecundum quod homo eſt, Filium Dei eſſe tradit. Et ante hunc Gabriel archangelus admirabilem partum euangelizans Mariæ, *Aue*, inquit, *gratia plena, Dominus tecum. Ecce tu in vtero habebis, & paries filium, & vocabunt eum Ieſum. hic erit magnus, & Filius excelſi vocabitur.* Itaque vocatur Filius Dei Ieſus, non in diuinam naturam carne conuerſa, ſed per vnitionem ad Deum Verbum effectam, * æquiuocam dignitatem ſumente. Cyrillus autem ſimiliter in prædicta ad Succeſſum epiſtola, cuius initium eſt: Lecto commonitorio quod a ſanctitate tua tranſmiſſum eſt. Et poſt alia ſic ait: Poſt reſurrectionem vero corpus quod paſſum eſt, non iam infirmitates habuit in ſe. Non enim vltra famis vel fatigii, aut alius huiuſcemodi capax eſſe dicimus illud, ſed iam incorruptum: & non hoc tantum, ſed & viuificans: vitæ quippe corpus eſt, id eſt, vnigeniti. Clarificatum eſt autem claritate Deo decibili, & intelligitur Dei corpus: cuius rei gratia & ſi quiſquam dixerit illud diuinum, ſicut illud quod hominis eſt, humanum, non exorbitabit a decente ratione. Vnde reor & ſapientiſſimum Paulum dicere: *Et ſi noueramus ſecundum carnem Chriſtum, ſed nunc iam non nouimus.* Cum enim Dei, ſicut dixi, proprium ſit corpus, tranſcendit omnia quæ humana ſunt. Porro commutationem in diuinitatis naturam non poteſt pati corpus quod de terra eſt; impoſſibile enim eſt.

*Luc. 1.*

* *i.* eiuſdem nominis

*Epiſt. 1. ad Succeſſ. poſt med.*

*2. Cor. 5.*

Nam prædicamus diuinitatem vt factam, & eam quæ aſſumpſerit quid in ſe, quod non eſt per naturam ipſius proprium. Æqualis enim prauitatis eſt dicere, quia mutatum eſt corpus in diuinitatis naturam; nec non & illud, quia mutatum eſt Verbum in carnis naturam. Sicut enim hoc impoſſibile eſt (inconuertibilis namque & incommutabilis eſt) ita & alterum. Non enim valet in diuinitatis ſubſtantiam, id eſt naturam transferri quid creaturarum: creatura quippe etiam caro eſt. Ergo diuinum quidem eſt corpus Chriſti, quoniam Dei corpus eſt; & ineffabili claritate præfulgidum, incorruptibile, ſanctum, viuificum. Quod vero in naturam diuinitatis conuerſum ſit, nullus ſanctorum patrum aut ſapuit aut dixit. Itaque & nos ita diſponimus. Similiter autem & in ſermone quem contra commixtores edidit, cuius initium eſt: * Beatus modo nobis ſermo dogmatum veritatis * in ſtudio eſt. Et poſt alia ſic dixit: Ergo ſi * ſuſcepta eius carne in diuinitatis naturam deſiit eſſe filius hominis, liquebit vtique omnibus, quod filiorum adoptionis gloriam etiam nos depoſuerimus, quaſi non habentes vltra primogenitum in multis fratribus, quando factus eſt ſimilis nobis. Et poſt pauca dicit: Putas ne a donata nobis gloria inſperate dilapſi ſumus? nequaquam. Non enim quorumdam profanationibus & inſipientibus adinuentionibus in reprobum ſenſum inducti, ſapiemus præter quod oportet ſapere. Regulam autem rectæ & directæ fidei ſacram & diuinitus inſpiratam ſuſcipientes ſcripturam, fatemur, quia fa-

* longus
* Gr. elaboratus eſt.
* Gr. mutata

ἐπεὶ κατηγοροῦμεν τῆς θεότητος ὡς γενομένης, καὶ ὡς προσλαβούσης τι ἐν ἑαυτῇ, ὃ μή ἐστι κατὰ φύσιν αὐτῆς ἴδιον. ἴσον γάρ ἐστιν εἰς ἀτοπίας λόγον τὸ εἰπεῖν, ὅτι μετεβλήθη τὸ σῶμα εἰς θεότητος φύσιν, καὶ μὴν κἀκεῖνο, ὅτι μετεβλήθη ὁ λόγος εἰς τὴν τῆς σαρκὸς φύσιν. ὥσπερ γὰρ τοῦτο ἀμήχανον· ἄτρεπτος γὰρ καὶ ἀναλλοίωτός ἐστιν· οὕτω καὶ τὸ ἕτερον. οὐ γάρ ἐστι τῶν ἐφικτῶν, εἰς θεότητος οὐσίαν, ἤτοι φύσιν μεταχωρῆσαί τι δύνασθαι τῶν κτισμάτων· κτίσμα δὲ καὶ ἡ σάρξ. οὐκοῦν θεῖον μὲν εἶναί φαμεν τὸ σῶμα Χριστοῦ, ἐπειδὴ θεοῦ σῶμά ἐστι, καὶ ἀρρήτῳ δόξῃ κατηγλαϊσμένον, ἄφθαρτον, ἅγιον, ζωοποιόν. ὅτι δὲ εἰς φύσιν θεότητος μετεβλήθη, οὔτε τῶν πατέρων τις τῶν ἁγίων πεφρόνηκεν ἢ εἴρηκεν, οὔτε ἡμεῖς οὕτω διακείμεθα. ὁμοίως δὲ καὶ ἐν τῷ κατὰ Συνουσιαστῶν λόγῳ, οὗ ἡ ἀρχή· * ὁ μακάριος ἡμῖν * ἀρτίως πεπόνηται λόγος τῆς τῆς ἀληθείας δογμάτων. καὶ μεθ᾽ ἕτερα φησίν· οὐκοῦν εἰ μεταβαλούσης αὐτοῦ τῆς σαρκὸς εἰς τὴν τῆς θεότητος φύσιν, ἀπέστη τοῦ εἶναι καὶ υἱὸς ἀνθρώπου, σαφὲς ἂν γένοιτο παντὶ τῷ λοιπὸν, ὅτι τῆς υἱοθεσίας τὸ καύχημα καὶ ἡμεῖς ἀποβεβλήκαμεν, ὡς οὐκ ἔχοντες ἔτι πρωτότοκον τὸν ἐν πολλοῖς ἀδελφοῖς, ὅτε γέγονε καθ᾽ ἡμᾶς. καὶ μετὰ βραχέα· ἆρα τῆς δεδωρημένης ἡμῖν εὐκλείας ἀδοκήτως διωλισθήκαμεν; οὐμενοῦν. οὐ γὰρ ταῖς τινων ἀβελτερίαις καὶ ἀνουστάτοις εὑρήμασιν εἰς ἀδόκιμον νοῦν ἀπενηνεγμένοι, φρονήσομεν παρ᾽ ὃ δεῖ φρονεῖν. κανόνα δὲ ὥσπερ τῆς εἰς εὐθὺ καὶ ἀδιαστρόφου πίστεως τὴν ἱερὰν καὶ θεόπνευστον δεχόμενοι γραφὴν, φαμὲν, ὅτι γενόμενος

* [illegible]

ANNO CHRISTI 787.

ἡμῶν πρωτότοκος ὁ μονογενὴς τοῦ θεοῦ λόγος οὐκ ἀποπεφοίτηκε τοῦ εἶναί τε καὶ λέγεσθαι μετὰ τοῦ θεὸς ἀληθινὸς, θεὸς καὶ υἱὸς ἀνθρώπου. οὔτε μὴν εἰς φύσιν θεότητος τὴν ἀτρέπτως καὶ ἀσυγχύτως ἑνωθεῖσαν αὐτῷ σάρκα μεταστοιχειώσας ὁρᾶται, δόξῃ δὲ μᾶλλον ἰδίᾳ καταφαιδρύνας αὐτὴν νοοῖτ' ἂν εἰκότως καὶ θεοπρεπῶν ἐμπλήσας ἀξιωμάτων. οὕτω κατὰ καιροὺς ὀφθήσεται τοῖς ἀνὰ πᾶσαν τὴν γῆν ὑπονοστήσας ἐξ οὐρανοῦ. καὶ γοῦν ὅτε τῆς μετὰ σαρκὸς οἰκονομίας διαπράξας εὖ μάλα τὸ μυστήριον, ἀναπεφοίτηκεν εἰς τὸν οὐρανὸν, εἶτα τὸ χρῆμα κατατεθήπεισαν οἱ τοῦτο τεθεαμένοι· νεφέλη γὰρ ὑπέλαβεν αὐτὸν, καθὰ γέγραπται· τότε τοῖς τεθαυμακόσι προσπεφώνηκέ τις τῶν ἁγίων ἀγγέλων· ἄνδρες Γαλιλαῖοι, τί ἑστήκατε βλέποντες εἰς τὸν οὐρανόν; οὗτος ὁ Ἰησοῦς ὁ ἀναληφθεὶς ἀφ' ὑμῶν εἰς τὸν οὐρανὸν, οὕτως ἐλεύσεται, ὃν τρόπον ἐθεάσασθε αὐτὸν πορευόμενον εἰς τὸν οὐρανόν. ἆρα οὖν οἱ πρὸς οὓς ὁ λόγος, ἄσαρκον αὐτὸν τεθέανται λόγον ἀναφοιτῶντα πρὸς τὸν πατέρα, ἤγουν ἀποβεβληκότα τὴν πρὸς ἡμᾶς ὁμοίωσιν, καὶ οὐκ ὄντα μὲν ἐν ἁπτῷ τε καὶ ὁρατῷ σώματι, μετεσκευασμένον δὲ μᾶλλον εἰς ἀναφῆ τε καὶ ἀόρατον φύσιν; εἶτα τίς ὁ φάναι τοῦτο τολμῶν; εἰ δὲ οὕτως ἐλεύσεται, καθὰ καὶ ἀνέβη, πῶς οὐκ ἀληθὲς εἰπεῖν, ὡς ἥξει δὴ πάλιν ἐν σώματι, καὶ οὐ γυμνὸς καὶ ἄσαρκος λόγος; καὶ μετ' ὀλίγα· συνιὲς οὖν, ὅτι τὴν ἐν ἐσχάτοις τοῦ αἰῶνος καιροῖς ἐξ οὐρανοῦ κάθοδον, ὁποία τις ἔσται, προαναφαίνων αὐτοῖς, μετεμορφώθη μέν· τὸ δέ γε τῆς μεταμορφώσεως σχῆμα περιέχθαι φησὶν ὁ θεσπέσιος εὐαγγελι-

ctus primogenitus noſter vnigenitum Dei Verbum non ceſſauit eſſe ac dici Deus pariter & verus filius hominis. Sed nec in naturam diuinitatis carnem quam inconuertibiliter & inconfuſe ſibi vniuit, cernitur träsformaſſe: imo vero gloria ſua illuſtrans eam, & Deo decibilibus hanc dignitatibus repleſſe conuenienter agnoſcitur: ita per tempora manifeſtabitur his qui in vniuerſa terra ſunt, e cælo adueniens. Ergo & quando cum carne, diſpenſationis conſummato valde bene myſterio, regreſſus eſt in cælum, confeſtim conſternati qui hoc contemplati ſunt: nubes enim ſuſcepit eum, ſecundum quod ſcriptum eſt: tum his qui mirabantur, acclamauit quidam ſanctorum angelorum: *Viri Galilæi, quid ſtatis aſpicientes in cælum? hic Ieſus qui aſſumptus eſt a vobis in cælum, ſic veniet, quemadmodum vidiſtis eum euntem in cælum.* Act. 1. Ita ne* vos ad quos nobis ſermo eſt, ſine carne viderunt Verbum rediens ad Patrem? id eſt, ſimilitudine noſtra exutum, & non exiſtens in tractabili & viſibili corpore. an potius compoſitum ad intractabilem & inuiſibilem naturam? Denique quis eſt qui hoc dicere audeat? At vero ſi ſic veniet, quemadmodum & aſcendit, quomodo non vere dicatur, quia veniet etiam iterum incorporatum, & non nudum & ſine carne Verbum? Et poſt pauca dicit: Intellige itaq; quia deſcẽſionem in nouiſſimis ſæculi temporibus e cælo futuram, & quæ vel qualis erit, illis prænuntiãs, transfiguratus quidem eſt: & transfigurationis quoque habitus eſt factus, vt egregius ait

* Gr. hi ad quos ſermo factus eſt,

Matth. 17. euangeliſta, non ſecundum ſpeciei depoſitionem, id eſt humani habitus abiectionem, ſed potius ſecundum ſolam gloriam: reſplenduit namque facies eius, ait. Itaque in ſimilitudinem ſolis fulgoris dedit ſplendorem. Et poſt breuia: Scripſit autem de
Phil. 3. Chriſto & ſapientiſſimus Paulus, quia reformabit corpus humilitatis noſtræ, configuratum corpori claritatis ſuæ. Deinde quid ad hoc aſſeruerint qui mutatam dicunt in Verbi naturam carnem eius? Ergo & ſanctorum corpora transferentur conuerſione in naturam diuinitatis, vt configurata fiant corpori claritatis eius? & certe quomodo non ſit frigida hæc aſſertio, extrema indiſciplinatione referta? Conuerſa quippe omnino, iuxta id quod aiunt, carne in naturam diuinitatis, quo vtetur corpore Deus exiſtens Verbum? Incorporea enim & vera quædam ſubſtantia eſt diuinitas: & ve-
Ioan. 1. rum eſt, quoniam Deum nemo vidit vnquam. Expreſſius autem denuo proſecutus, ac ſi ad ipſum Euſebium, taliter ait idem egregius pater in eodem ſermone: Infertur autem quidam & alius ab eis, vt aiunt, de his ſermo. Siquidem egregius Paulus
2. Cor. 5. inuenitur ſcripſiſſe: *Et ſi noueramus ſecundum carnem Chriſtum, ſed nunc iam non nouimus.* Ergo ſi non ſecundum carnem noſcitur, inquiunt, neceſſario dicitur mutaſſe carnem in ſui Verbi naturam, vt ſicut Deus dinoſceretur. Dicet forte, vt reor, ad iſtud quis. Nam cum ſtatim di-
Rom. 8. cat etiam de nobis: *Qui autem in carne ſunt, Deo placere non poſſunt: vos autem non eſtis in carne, ſed in ſpiritu:* nos nudos nouit

σιν, οὐ κατά γε τὴν τοῦ εἴδους ἀπόθεσιν, ἤτοι ἀνθρωπίνου σχήματος ἀποβολήν, περὶ μόνην δὲ μᾶλλον τὴν δόξαν. ἐκλάμψαι γὰρ ἔφη τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, καὶ ἰσάμιλλον ταῖς ἡλίου μαρμαρυγαῖς ἐκδοῦναι τὸ σέλας. καὶ μετὰ βραχέα· γέγραφε δὲ περὶ Χριστοῦ καὶ ὁ πάνσοφος Παῦλος· ὃς μετασχηματίσει τὸ σῶμα τῆς ταπεινώσεως ἡμῶν σύμμορφον τῷ σώματι τῆς δόξης αὐτοῦ. εἶτα τί πρὸς τοῦτο φαῖεν ἂν οἱ μεταβαλεῖν λέγοντες εἰς τὴν τοῦ λόγου φύσιν τὴν σάρκα αὐτοῦ; ἆρα καὶ τὰ τῶν ἁγίων σώματα μετοιχήσονται κατὰ τροπὴν εἰς φύσιν θεότητος, ἵνα καὶ σύμμορφα γένηται τῷ σώματι τῆς δόξης αὐτοῦ; καίτοι πῶς οὐ ψυχρολογία ταῦτα τῆς ἐσχάτης ἀμαθίας ἔμπλεως; μεταβαλούσης γὰρ ὅλως, καθά φασι, τῆς σαρκὸς εἰς φύσιν θεότητος, ποίῳ κεχρήσεται σώματι θεὸς ὢν ὁ λόγος; ἀσώματον γάρ τι χρῆμα θεότης· καὶ ἀληθές, ὅτι θεὸν οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε. τρανότερον δὲ αὖθις ἀποτεινόμενος ὡς πρὸς αὐτὸν Εὐσέβιον, οὕτω φησὶν ὁ αὐτὸς θεσπέσιος πατὴρ ἐν τῷ αὐτῷ λόγῳ· προσφέρεται δέ τις καὶ ἕτερος αὐτοῖς, καθά φασι, περὶ τούτων λόγος. ὁ γάρ τοι θεσπέσιος Παῦλος εὑρίσκεται γεγραφώς· εἰ δὲ καὶ ἐγνώκαμεν κατὰ σάρκα Χριστόν, ἀλλὰ νῦν οὐκέτι γινώσκομεν. οὐκοῦν εἰ μὴ κατὰ σάρκα γινώσκεται, φασί, μεταβαλεῖν ἀνάγκη τὴν σάρκα λέγειν εἰς τὴν αὐτοῦ τοῦ λόγου φύσιν, ἵνα ὡς θεὸς γινώσκηται. φαίη δ' ἂν οἶμαί τις πρὸς τοῦτο εὐθύς· ἆρα οὖν ἡνίκα ἂν λέγῃ καὶ περὶ ἡμῶν· οἱ δὲ ἐν σαρκὶ ὄντες θεῷ ἀρέσαι οὐ δύνανται· ὑμεῖς δὲ οὐκ ἐστὲ ἐν σαρκί, ἀλλ' ἐν πνεύματι· γυμνοὺς ἡμᾶς οἶδε σαρκὸς

ANNO CHRISTI 787.

σαρκὸς καὶ αἵματος; ἆρα πνεύμασιν ἀσωμάτοις τὰ τοιάδε προσλαλεῖ; καίτοι πῶς οὐ τερθρεία τοῦτό γε νοεῖν ἢ φράσαι; ἐκ κοινοῦ ἐφ' ἡμῶν μὲν σάρκα φησὶ τὰ τῆς σαρκὸς ἔκτοπά τε καὶ οὐκ *ἀνεπίπληκτα πάθη, ἐπὶ δέ γε τοῦ πάντων ἡμῶν σωτῆρος Χριστοῦ, πανάγνου τε ὄντος καὶ τὸ πλημμελεῖν οὐκ εἰδότος· οὐ γὰρ ἐποίησεν ἁμαρτίαν· ἑτεροτρόπως ἂν τὸ κατὰ σάρκα νοεῖσθαι πρέποι. οὐ γάρ ἐστιν, οὐκ ἔστιν ἐν ἀσθενείαις ἔτι σαρκικαῖς. σαφῶς οὖν ἴσμεν ἐκ τῶν θεοφθόγγων πατέρων, ὅτι οὐκ ἐκ τῶν πηγῶν τοῦ Ἰσραὴλ ἠρύσαντο οἱ τῆς ἐρεσχελίας ταύτης προΐστορες, ἵνα γένηται αὐτοῖς εἰς ζωὴν αἰώνιον· ἀλλ' ἐκ τῶν πηγῶν τῶν πονηρῶν καὶ ἀτεκνούντων ἑαυτοῖς πόμα εἰσκεκομίκασι· καὶ ἀλλοτρίῳ ἐξακολουθήσαντες, εἰς κρημνοὺς καὶ φάραγγας ἀπάγονται. ἔδει αὐτοὺς, εἰ τῆς ἐκκλησίας ὑπῆρχον τρόφιμοι, Βασίλειον τὸν μέγαν προενεγκεῖν λέγοντα· ἡ τῆς εἰκόνος τιμὴ ἐπὶ τὸ πρωτότυπον διαβαίνει· Γρηγόριον τὸν Νύσσης· εἶδον εἰκόνα τοῦ πάθους, καὶ οὐκ ἀδακρυτὶ τὴν θέαν παρῆλθον, ἐναργῶς τῆς τέχνης ὑπ' ὄψιν ἀγούσης τὴν ἱστορίαν· Ἰωάννην τὸν καὶ τὴν κηρόχυτον γραφὴν ἀγαπᾶν λέγοντα, εὐσεβείας πεπληρωμένην· καὶ σὺν τούτοις συνομίλους καὶ συνδιδασκάλους. ἔπειτα τὰ διεστραμμένα προβλήματα οὐδέποτε κατευθύνοντες, προσθήκαις δὲ τὸ κακὸν πλεονάζοντες, ἔτι φασί.

* ἀνεπίληπτα

ΓΡΗΓΟΡΙΟΣ ΕΠΙΣΚΟΠΟΣ ἀνέγνω.

Ταύτας οὖν τὰς γραφικὰς καὶ πατρικὰς μαρτυρίας ἐν τῷ παρόντι ἡμῶν ὅρῳ ὡς ἐκ πολλῶν ὀλίγας ἀθροίσαν-

carne & ſanguine? Putaſne ſpiritibus incorporeis huiuſcemodi alloquitur, * dum nec erubeſcit hoc intelligere vel aſſerere? Ergo in nobis carnem dicit procaces & non ſine querela paſſiones. Denique cum omnium noſtrum ſaluator Chriſtus caſtiſſimus ſit & delinquere neſciat (neque enim peccatum fecit) alio nimirum modo illud quod dicitur ſecundum carnem intelligi decet. Non enim eſt vel erit in infirmitatibus vltra carnalibus. Euidenter ergo nouimus ex diuinitus ſonantibus patribus, quia non ex fontibus Iſrael hauſerunt contentionis huius auctores, vt fieret illis in vitam æternam; ſed ex fontibus malignis & ſterilibus ſibi potum attulerunt: & alienum ſectantes, in præcipitia & hiatus inducti ſunt. Cum oporteret eos, ſi eccleſiæ eſſent alumni, Baſilium magnum afferre dicentem: Imaginis honor ad principale tranſit: & Gregorium Nyſſenum perhibentem: Vidi imaginem paſſionis, & non ſine triſtitia viſionem tranſiui, liquidius arte ante faciem hiſtoriam afferente: atque Ioannem, qui etiam cera perfuſam picturam ſe diligere dicit, pietate repletam: nec non & horum conſermocinatores & æque magiſtros. Deinde peruerſa problemata nec dum dirigunt, adiectionibus malum autem abundare facientes, adhuc aſſeuerant.

* *Gr.* non ne ineptum eſt hoc, *&c.*

De Spiritu ſancto ad Amphil. 18.

Ser. 8. prope fin.

GREGORIVS EPISCOPVS legit.

*Hæc ergo ſcripturalia & paterna teſtimonia in præſenti definitione noſtra ex multis pauca colli-*

Anno Christi 787.

*gentes poſuimus, ne in longum extenderetur: cum ſint etiam & alia plurima, quæ ſponte deſeruimus propter infinitam multitudinem. Ex his ergo diuinitus inſpiratis & beatis ſcripturis ac patribus firmiter ædificati, & ſupra petram diuinæ ſeruitutis quæ in ſpiritu eſt, pedes noſtros locãtes: in nomine ſanctæ ſuperſubſtantialis & vitæ principalis Trinitatis, vnius voti effecti omnes nos qui ſacerdotii dignitate circumdamur, vna voce definimus, abiectam fore & alienam atque abominabilem ex Chriſtianorum eccleſia omnem imaginem ex diuerſa materia & coloribus per malam pictorum artem effectam.*

## EPIPHANIVS DIACONVS legit.

Eccleſiaſticæ traditioni ceruicem ſuam inclinare nullatenus paſſi, ſed obcæcati ad electionem congruentiæ, perceptionemq; veritatis, & piam traditionem reprobabilem facientes, non torrente voluptatis potari paſſi ſunt, vt fieret in eis fons aquæ ſalientis in vitam æternam, huius nouitatis garruli aſſertores: ſed ex lacubus contritis irrigati, fœtidam ſtirpem germinauerunt, habentem fructum fel amaritudinis; & mendacium ſuper mendacium adiicientes, protulerunt: Plurimis etiam aliis exiſtentibus ſcripturalibus teſtimoniis, quæ ſponte dimiſimus. Igitur ſicut iam oſtenſum eſt, quotquot probabilium patrum teſtimonia ab eis prolata ſunt, ſuam iuſtitiam ſtatuere quærentes, hæc peruerſe intellexerunt. Quotquot autem aduerſariorum ſunt, non ſunt

Ioan. 4.

τες συντεθείκαμεν, διὰ τὸ μὴ εἰς μῆκος τοῦτον ἐκτείνεσθαι· πλείστων γὰρ καὶ ἄλλων οὐσῶν, ἑκουσίως παρελίπομεν τὸ ἄπειρον πλῆθος. ἐκ τούτων οὖν τῶν θεοπνεύστων καὶ μακαρίων γραφῶν τε καὶ πατέρων βεβαίως οἰκοδομηθέντες, καὶ ἐπὶ τῇ πέτρᾳ τῆς ἐν πνεύματι θείας λατρείας τοὺς πόδας ἡμῶν ἑδράσαντες, ἐν ὀνόματι τῆς ἁγίας ὑπερουσίου καὶ ζωαρχικῆς τριάδος, μιᾶς γνώμης γενόμενοι ἅπαντες ἡμεῖς οἱ τὸ τῆς ἱερωσύνης ἀξίωμα περικείμενοι, ὁμοφώνως ὁρίζομεν, ἀπόβλητον εἶναι καὶ ἀλλοτρίαν καὶ ἐβδελυγμένην ἐκ τῆς τῶν Χριστιανῶν ἐκκλησίας πᾶσαν εἰκόνα ἐκ παντοίας ὕλης καὶ χρωματουργικῆς τῶν ζωγράφων κακοτεχνίας πεποιημένην.

## ΕΠΙΦΑΝΙΟΣ ΔΙΑΚΟΝΟΣ ἀνέγνω.

Τῇ ἐκκλησιαστικῇ παραδόσει τὸν ἑαυτῶν αὐχένα κλίνειν μὴ ἀνεχόμενοι, ἀλλὰ ἀποτυφλωθέντες πρὸς τὴν ἐκλογὴν τοῦ συμφέροντος καὶ τὴν κατάληψιν τῆς ἀληθείας, καὶ τὴν εὐσεβῆ παράδοσιν ἀποκήρυκτον ποιησάμενοι, οὐ τῷ χειμάρρου τῆς τρυφῆς ποτισθῆναι ἠνέσχοντο, ἵνα γένηται ἐν αὐτοῖς πηγὴ ὕδατος ἁλλομένου εἰς ζωὴν αἰώνιον, οἱ ταύτης τῆς καινοτομίας ἀθυρολέκται, ἀλλ' ἐκ λάκκων συντετριμμένων ἀρδευθέντες, δυσώδη στελέχη βλαστάνουσιν, ἔχοντα καρπὸν χολὴν πικρίας. καὶ ψεῦδος ἐπὶ ψεύδει προστιθέντες ἀπεφήναντο· πλείστων καὶ ἄλλων οὐσῶν μαρτυριῶν, ἃς ἑκουσίως παρελίπομεν. τοιγαροῦν, καθὼς προαποδέδεικται, ὅσαι μὲν ἐκκρίτων πατέρων χρήσεις παρ' αὐτῶν προηνέχθησαν, τὴν ἰδίαν δικαιοσύνην ζητοῦντες στῆσαι, διεστραμμένως ταύτας ἐνόησαν· ὅσαι δὲ τῶν ἐναντίων, οὐκ εἰσὶ τοῦ θείου

ANNO CHRISTI 787.

πνεύματος. ὅθεν καὶ προσφθέγγεται αὐτοῖς μελῳδῶν ἐν πνεύματι ὁ μακάριος Δαβίδ· μάταια ἐλάλησεν ἕκαστος πρὸς τὸν πλησίον αὐτοῦ· χείλη δόλια ἐν καρδίᾳ, καὶ ἐν καρδίᾳ ἐλάλησε κακά. καὶ αὖτις φθέγγεται ὁ παρρησιαστὴς Ἡσαΐας λέγων· ἡ βουλὴ τῶν πονηρῶν ἄνομα βουλεύεται· οὐκ ἔγνωσαν γὰρ φρονῆσαι, ὅτι ἀπημαυρώθησαν βλέπειν τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτῶν. τοὺς γὰρ ὑγιαίνοντας ὅρους καὶ νόμους καταλιπόντες, ῥήμασι σχηματίζονται τὴν εὐσέβειαν, καὶ πειρῶνταί τινα εὐσεβῆ διαγορεύειν, ἵνα διὰ τῆς ἐν τούτοις εὐγνωμοσύνης μηδὲ περὶ τῶν λοιπῶν ἀπιστῶνται, λέγοντες· ἐν ὀνόματι τῆς ἁγίας καὶ ὑπερουσίου καὶ ζωαρχικῆς τριάδος. ἀλλὰ περὶ τὸν νοῦν κακουργεῖν θέλοντες, ἐξ ἰδίας γνώμης φθέγγονταί τε καὶ ὁρίζονται, γυμνὴν τιθέμενοι τὴν ἀσέβειαν, μηδὲ τὸ κρίμα τοῦ θεοῦ κατὰ νοῦν λαβόντες, μηδὲ τὴν κυριακὴν ἀπόφασιν βοῶσαν ἐννοήσαντες· ὃς ἐὰν σκανδαλίσῃ ἕνα τῶν μικρῶν τούτων τῶν πιστευόντων εἰς ἐμέ, συμφέρει αὐτῷ, ἵνα κρεμασθῇ μύλος ὀνικὸς εἰς τὸν τράχηλον αὐτοῦ, καὶ καταποντισθῇ εἰς τὴν θάλασσαν. εἶτά τε καὶ καθάπερ χοῖροί τινες τοὺς μαργαρίτας πατήσαντες, λέγω δὲ τὰς ἐκκλησιαστικὰς παραδόσεις, ἀπόβλητον καὶ ἐβδελυγμένην ἐκ τῆς τῶν Χριστιανῶν ἐκκλησίας πᾶσαν εἰκόνα ἐκ παντοίας ὕλης τεθρυλλήκασι, ποιήσαντες βουλὴν, οὐ διὰ κυρίου· καὶ συνθήκας, οὐ διὰ τοῦ πνεύματος αὐτοῦ· καὶ ὥσπερ λύκοι βαρεῖς τῇ ποίμνῃ τοῦ Χριστοῦ ἐπῆλθον. ἀλλ' ἡ τῆς ἀληθείας λαμπρότης καὶ ἡ τοῦ φωτὸς αἴγλη ἀκράδαντον ἔχει τὴν παρρησίαν. τίς γὰρ οὐκ οἶδεν, ὅτι τῆς εἰκόνος ἀτιμαζομένης, πάντως οὗ πρός ἐστιν ἡ εἰκὼν, εἰς αὐτὸν προσ-

diuini Spiritus. Vnde & affatur eos melos in ſpiritu canens beatus Dauid: *Vana locutus eſt vnuſquiſque ad proximum ſuum: labia doloſa in corde, & corde locuti ſunt mala.* *Pſalm. 11.* Et iterum fiducialiter agens loquitur Iſaias, dicens: *Conſilium malorum iniqua conſiliatur: non enim nouerunt ſapere, quia obſcurati ſunt videre oculis ſuis.* *Iſai. 44.* Etenim ſanas definitiones & leges derelinquentes, verbis ſimulant pietatem, & tentant quædam pia pronuntiare, vt per ſenſum bonum qui in his ineſt, nec ſuper reliquis * incredibiles habeantur, dum aiunt: In nomine ſanctæ ac ſuperſubſtantialis & vitæ principalis Trinitatis. Sed erga ſenſum male operari volentes, ex proprio ſenſu pronuntiant & definiunt, nudam ponentes impietatem, neque iudicium Dei in mente accipientes, neque dominicam ſententiam clamantem intelligentes: *Quicumque ſcandalizauerit vnum ex minimis iſtis qui in me credunt, expedit ei vt ſuſpendatur mola aſinaria in collo eius, & demergatur in mare.* *Matth. 18. Marc. 9.* Sicque demum quemadmodum porci quidam margaritas, id eſt eccleſiaſticas traditiones conculcantes, abiectam & abominabilem ex Chriſtianorum eccleſia omnem imaginem ex diuerſa materia tumultuati dixerunt, facientes cõſilium, & non per Dominum; & ſponſiones, & non per ſpiritũ eius; & ſicut lupi graues in gregem Chriſti ſuperuenerũt: ſed veritatis claritas & lucis iubar immobilem cõfidentiam habet. Quis enim neſciat, quod imagine inhonorata, in eum profecto cuius imago eſt, referatur

* fide minus digni

inhonorantia? Hoc veritas ita nouit, & natura edocet rerum, atque cum hac concinunt & diuini patres; & quidẽ ſanctus Baſilius dicens: Imaginis honor ad primitiuum tranſit. Athanaſius vero: Qui ergo adorat imaginem, in ipſa adorat regem. & ſimiliter Chryſoſtomus: Neſcis, quia ſi imagini regis iniuriam feceris, ad principale dignitatis affers iniuriam? Et ipſi quidem patres naturam rerum ſecuti ſunt; iſti vero inſurgunt & aduerſus eccleſiam & aduerſus veritatem: quia non ſolum blaſphemia ſunt pleni, ſed & amentiæ ac indiſciplinationis ſuperfluitatem ſermo ipſorum habet. Oportebat ergo eos communem & nihil diſſonantem vocem pronuntiare, & priſcam traditionem firmare, ſibique diligenter acquirere, quam fidelium vniuerſa multitudo ex traditione apoſtolorum & patrum tenuit & confeſſa eſt; & non nouitatem & interceptionem facere conſuetudinis, quæ pie in nobis retenta eſt. Quæ enim tradita ſunt in catholica eccleſia, neque augmentum, neque detrimentum admittunt. Maxima enim apponentem & adimentem vincit pœna.
Deut. 27. *Maledictus* enim, ait, *qui transfert terminos patrum ſuorum.* Sed non habuerunt propoſitum ad cognoſcendam veritatem. Ergo audient verba illa Sapientiæ:
Prou. 21. *Qui operatur theſauros lingua mendaci, vana perſequitur, & veniet in laqueum mortis.*

περίβεται ἡ ἀτιμία; τοῦτο καὶ ἡ ἀλήθεια οὕτως οἶδε, καὶ ἡ φύσις τῶν πραγμάτων διδάσκει· καὶ ταύτῃ συνᾴδουσι καὶ θεῖοι πατέρες, ὁ μὲν ἅγιος Βασίλειος λέγων· ἡ τῆς εἰκόνος τιμὴ ἐπὶ τὸ πρωτότυπον διαβαίνει. Ἀθανάσιος δέ· ὁ γοῦν προσκυνῶν τὴν εἰκόνα, ἐν αὐτῇ προσκυνεῖ τὸν βασιλέα. ὁμοίως δὲ καὶ ὁ Χρυσόστομος· οὐκ οἶδας, ὅτι ἐὰν εἰκόνα βασιλέως ὑβρίσῃς, εἰς τὸ πρωτότυπον τῆς ἀξίας φέρεις τὴν ὕβριν; καὶ αὐτοὶ μὲν οἱ πατέρες τῇ φύσει τῶν πραγμάτων κατηκολούθησαν· οὗτοι δὲ κατεξανίστανται καὶ τῆς ἐκκλησίας καὶ τῆς ἀληθείας· ὅτι οὐ βλασφημίας μόνον εἰσὶ μεστοί, ἀλλὰ καὶ παρανοίας καὶ ἀμαθίας ὑπερβολὴν ὁ λόγος αὐτῶν ἔχει. ἔδει γοῦν αὐτοὺς τὴν κοινὴν καὶ μὴ διαφωνοῦσαν ἀποφθέγξασθαι φωνήν, καὶ τὴν ἀρχαίαν παράδοσιν ἐπιστηρίζειν καὶ περισπούδαστον ἑαυτοῖς περιποιήσασθαι, ἣν τῶν πιστῶν ἅπαν τὸ πλῆθος ἐκ παραδόσεως ἀποστόλων καὶ πατέρων κεκράτηκέ τε καὶ ὡμολόγησε· καὶ μὴ καινοτομίαν καὶ ἀφαίρεσιν ποιήσασθαι τῆς εὐσεβῶς ἐν ἡμῖν κεκρατηκυίας συνηθείας. τὰ γὰρ παραδοθέντα ἐν τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ οὔτε προσθήκην, οὔτε μείωσιν ἐπιδέχεται· μεγίστη γὰρ τῷ προστιθέντι καὶ τῷ ἀφαιροῦντι τιμωρία δεσμεῖ. ἐπικατάρατος γάρ, φησίν, ὃς μετατίθησιν ὅρια πατέρων αὐτοῦ. ἀλλ' οὐκ ἔσχον πρόθεσιν πρὸς τὸ γνῶναι τἀληθές. οὐκοῦν ἀκούσονται τὰ τῆς σοφίας· ὁ ἐνεργῶν θησαυρίσματα γλώσσῃ ψευδεῖ, μάταια διώκει, καὶ ἐλεύσεται ἐπὶ παγίδα θανάτου.